te. Hæc tradunt: qui in lucanis rei geſtæ autores ſunt. Si illis: qui ad calorẽ fluuium interfectum me
morant: credere uelis capiti tãtum Gracchi hoſtes potiti ſunt. Eo delato ad Annibalẽ: miſſus ab eo
cõfeſtim Carthalo: qui i caſtra romana ad Gn Cornelium quæſtorẽ deferret: is funus imperatoris
in caſtris celebrantibus cũ exercitu beneuentanis fecit. Conſules agrum cãpanũ ingreſſi cũ paſſim
popularentẽ: ruptione oppidanorũ: & Magonis cũ equitatu territi ac trepidi ad ſigna milites palan Clades Ro.
tes paſſim reuocarunt: & uix dum inſtructa acie fuſi: ſupra mille & quingentos milites amiſerũt. In=
de ingens ferocia ſupbæ ſuopte igenio creuit gẽti multiſqꝫ præliis laceſſebant romanos: ſed intẽtio
res ad cauẽdũ cõſules una pugna fecerat icaute atqꝫ iconſulte inita. Reſtituit tñ his aios & illis miuit

T. Quitius Criſpinus Badius audaciam parua una res. Sed in bello nihil tam leue ē: quod nō magnæ īterdū rei momētū faciat.
T. Quintio Criſpino Badiꝰ cāpanus hoſpes erat ꝑ familiari hoſpitio iunctus. Creuerat conſuetu-
do: quod æger Romæ apud Criſpinū Badius ante defectionē campanam liberaliter comiterꝗ cu-
ratus fuerat. Tū Badius ꝓgreſſus ante ſtationes: quæ ꝓ porta ſtabāt: uocari Criſpinū iuſſit: Quod
ubi eſt Criſpino nūciatū: ratus colloquium amicū ac familiarē quæri: manēte memoria ēt ī diſſidio
publicorū fœderꝫ priuati iuris: paulū a cæteris ꝓceſſit: poſteaꝗ̄ ī cōſpectū uenere: Prouoco te: inqt
ad pugnā Criſpine Badius: cōſcēdamus equos: ſubmotiſꝗ aliis: uter bello melior ſit: decernamus
Ad ea Criſpinus: nec ſibi: nec illi ait: hoſtes deeſſe: in quibus uirtutē oſtēdant: ſe ab eo etiā: ſi in acie
occurrat: declinaturꝫ: ne hoſpitali cæde dextrā uiolet: cōuerſuſꝗ abibat. Eniuero ferocius tū cāpa-
nus īcrepare mollicīē ignauiāꝗ: & ſe digna ꝓbra īſontē iacere hopitalē hoſtē appellās: ſimulantēꝗ
parcerē: cui ſciat parē ſe nō eſſet: ſi parꝫ publicis fœderibus ruptis: direpta ſimul & priuata iura eē pu
tet: Badiū cāpanū. T. Quītio Criſpino Romano: palā oībꝰ: duobꝰ exercitibus audiētibus: renūcia
re hoſpitiū nihil ſibi cū eo cōſociatū: nihil fœderatū hoſpiti cū hoſte: cuiꝰ patriā ac penates publicos
priuatoſꝗ oppugnatū ueniſſēt. Si uir eēt: cōgrederetr. Diu cūctātē Criſpinū ꝑpulere turmales: ne ī-
pune īſultare cāpanū pateretr: Itaꝗ tātū moratus: dū īperatores cōſuleret: ꝑmitterēt ne ſibi extra or-
dinē ī ꝓuocātē hoſtē pugnare: permiſſu eorꝫ arma cepit: equumꝗ conſcendit: & Badiū nomine cō
pellans ad pugnā euocauit: Nulla mora a cāpano facta eſt: infeſtis equis concurrere. Criſpinus ſu-
pra ſcutū ſiniſtrū humerū Badio haſta tranſfixit: ſuper quē delapſum cum uulnere ex equo deſiliit:
ut pedes iacentē conficeret. Badius priuſꝗ̄ opprimeretur: parma atꝗ equo relicto: ad ſuos aufugit.

Criſpini & badii pugna Criſpinꝰ equum armaꝗ capta: & cruentam cuſpidem inſignis ſpoliis oſtentans cum magna laude
& gratulatione militum ad conſules eſt deductus: laudatuſꝗ ibi magnifice: & donis donatus. An
nibal ex agro beneuentano caſtra ad Capuā cū mouiſſet: tertio poſt die: quam uenit: copias in aciē
eduxit: haud quaꝗ̄ dubius: quod cāpanis abſente ſe paucos ante dies ſecunda fuiſſet pugna: quin
multo minus ſe ſuumꝗ totiēs uictore exercitū ſuſtinere romani poſſent: cæterum poſteaꝗ̄ pugnari
cœptum eſt: equitū maxime incurſu: cū iaculis obrueretur: laborabat Romana acies: donec ſignū
equitibus datum eſt: ut in hoſtem admitterent equos. Itaꝗ equeſtre prælium erat: cum ꝓcul uiſus
ſempronianus exercitus: cui Gn. Cornelius quæſtor præerat utriꝗ parti parem metū præbuit ne ho
ſtes noui aduentarent: Velut ex cōpoſito utrinꝗ ſignum receptui datum: reductiꝗ in caſtra prope
æquo Marte diſceſſerūt. Plures tamen a romanis primo incurſu equitū ceciderūt. Inde conſules ut
auerterent Capua Annibalē: nocte: quæ ſecuta eſt: diuerſi: Fuluius in agrū cumanū: Claudius in
lucanos abiit. Poſtero die cum uacua caſtra Romanorum nunciatum Annibali eſſent: & duobus
agminibus diuerſos abiſſe: incertus primo utrum ſequeretr. Appiū inſtituit ſequi. Ille circunducto
hoſte: qua uoluit: alio itinere ad Capuam rediit: Annibali alia in iis locis benegerendæ rei fortuna

M Cētenius penula oblata eſt. M. Cētenius: cui fuit cognomen Penula: inſignis inter primipili Centuriones: & magni-
tudine corporis & animi: is perfunctus militia per. P Corneliū Suillā prætorem ī ſenatūītroductꝰ
petit a patribus: uti ſibi quinque milia militū darentr: ſe peritū & hoſtis: & regionū breui operæpre-
tium facturꝫ: & ꝗbus artibus ad id locorꝫ noſtri: & duces: & exercitus capti forēt: iis aduerſus īucto-
rē uſurū: Id nō ꝑmiſſum magis ſtolide: quā ſtolide creditum: tanquā eædem militares & imperato-
riæ artes eēnt. Data pro quinꝗ octo milia militū: pars dimidia ciues ſocii: & ipſe aliquātū uolunta-
riorum itinere ī agris cōciuit: ac ꝓpe duplicato exercitu ī lucanos peruenit: ubi Annibal nequicꝗ̄
ſecutus Claudiū ſubſtiterat. Haud dubia res ē: quippe iter Annibalē ducem: & cēturionē: exercituſ
ꝗ: alterum uincēdo ueteranū: alterū nouū totū: & magna ex parte etiā tumultuariū: ac ſemiermē:
ut cōſpecta inter ſe agmina ſunt: & neutra pars detrectauit pugnā: extēplo inſtructæ acies: pugnatū
tamē ut in nulla pari re duas amplius horas cōcitata: etiā donec dux ſtetiſſet romana acie. Poſteaꝗ̄
is nō pro uetere fama ſolū: ſed etiā metu futuri dedecoris: ſi ſua temeritate cōtractæ cladi ſupereſſet:
obiectans ſe hoſtium tælis decidit: fuſa extemplo eſt Romana acies: ſed adeo ne fugæ quidem iter
patuit: omnibus uiis ab equite īſeſſis: ut ex tāta multitudine uix decē euaſerit: cæteri paſſim alii alia
peſte aſſumpti ſunt. Capua a cōſulibus iterꝫ ſumma ui obſideri cœpta eſt: quæque in eam rem opꝰ
erāt: comportabātur: parabanturꝗ. Caſilinū frumētū cōuectū ad Vulturni oſtium: ubi nūc urbs ē
caſtellum communitum. Ante Fabius Maximus munierat: præſidium impoſitum ut & mare pro-
ximū: & flumē in poteſtate eēnt. In ea duo maritima caſtella: frumentum: quod lex Sardinia nuper

Atr. fœdam ro. cædem miſſum erat: quodꝗ Minutiꝰ prætor ex Ethruria coemerat: ab Oſtia cōuectum eſt: ut exercitui per
hyemem copia eſſet. Cæterū ſuper eā cladē: quæ in lucanis accepta erat: uolonū quoꝗ exercitus: ꝗ
uiuo Gracchho ſumma fide ſtipēdia fecerat: uelut exauctoratus morte ducis ab ſignis diſceſſit. An-
nibal nō Capuā neglectā: neꝗ in tanto diſcrimine deſertos uolebat ſocios: ſed proſpero ex temeri-
tate unius Romani ducis ſucceſſu in alterius ducis: exercituſꝗ opprimēdi occaſionē imminebat
Gn. Fuluiū prætorē appuli legati nunciabāt: primo dū urbes quaſdā appulorū: quæ ad Annibalē
deſciuiſſent: oppugnaret: intentius rem egiſſe: poſtea nimio ſucceſſu & ipſum: & milites præda im
pletos in tantam licentiā ſecordiamꝗ effuſos: ut nulla diſciplina militiæ eſſet. Cū ſæpe alias: tū pau
cis diebus ante expertus: qualis ſub inſcio duce exercitus eſſet: in Appuliā caſtra mouit. Circa Her
doneā romanæ legiones: & prætor Fuluius erant. Quo ubi allatū eſt hoſtes aduētare: ꝓpe ē factū:
ut iniuſſu ꝑtoris ſignis cōuulſis ī aciē exirēt nec res ulla magis tenuit ꝗ̄ ſpes haud dubia ſuo id arbi

trio:ubi nellent:acturos: Nocte inſequenti Annibal cũ tumultuatum in caſtris:& plætroſq; ferociter:ſi-
gnum ut daret:inſtitiſſe duci:ad arma uocantis ſcire::haud dubius proſperæ pugnæ occaſionẽ dari tria
millia expeditorum militũ in uillis circa uepribuſq; & ſiluis diſponit:qui ſigno dato ſimul omnes e la-
teribus exilirent. Et magonẽ duo ferme millia equitum:qua fugam inclinaturã credebat: omnia itinera
inſidere iubet:his nocte præparatis prima luce in aciẽ copias educit. Nec Fuluius eſt cunctatus nõ tã ſua Fuluii fu
ulla ſpe:quam militum ĩpetu fortuito tractus. Itaq; eadẽ temeritate:qua proceſſum in aciem eſt:inſtrui- ga
tur ipſe acies ad libidinẽ militũ forte percurrentium:conſiſtentiumq;:quo loco ipſorum tuliſſet animus
deinde per libidinẽ:aut metum deſerentiũ locum: Prima legio:& ſiniſtra ala primo inſtructæ:& in longi
tudinẽ porrectæ acies clamantibus tribunis nihil introrſus uiriũ:ac roboris eẽ:& quacunq; impetu feciſ
ſent:hoſtes perrupturos: Nihil:quod ſalutare eſſet:nõ modo ad animũ:ſed ne ad aures quidem admitte-
bant. Et Annibal quidẽ haud quaquã ſimili exercitu:neq; ita extructo aderat:ergo ne clamorẽ quidem
atq; impetum romani ſuſtinuere: Dux ſtulticia & temeritate Centenio par animo nequaquã comparen- Recẽtior
dus:ubi rem inclinatam:ac trepidantes ſuos uidit:equo arrepto:cum ducentis ferme equitibus effugit. ro. cædes
Cætera a fronte pulſa:a tergo atq; alis circũuenta acies eo uſq; cæſa ex duo de uiginti millibus hominum ad Herdo
duo millia haud amplius euaſerint caſtris hoſtes potiti ſunt. Hæ clades alia ſuper aliam Romani cũ eẽnt neam.
nunciatæ:ingens quidem & luctus:& pauor ciuitatem cepit:ſed tamẽ:quia conſules:ubi ſumma rerum
eſſet:ad id locorum proſpere gererent:minus his cladibus commouebantur. Legatos ad conſules mittũt.
C. Lectoriũ. M. Metilium. qui nunciarent:ut reliquias duorum exercitum cum cura colligerent:darẽtq;
operam:ne per metum:ac deſperatiõem hoſti ſe dederent. Id quod poſt cãnenſem accidiſſet cladem:& ut
deſertores de exercitu uolonum conquirerent: Idem negotii. P. Cornelio datum:cui & delectus manda-
tus erat. Iſq; per fora conciliabulaq; edixit:ut conquiſitio uolonum fieret:iiq; ad ſigna reducerẽtur. Hæc
omnia intentiſſima cura acta. Ap. Claudius conſul. D. Iunio ad oſtium Vulturni. M. aurelio Cotta Pu-
teolis præpoſito:qui ut quæq; naues ex Ethruria ac Sardinia acceſſiſſent:exemplo in caſtra mitterẽt fru-
mentum:ipſe ad Capuam regreſſus. Q. Fuluium collegã inuenit in Caſilino oĩa importantẽ moliẽtẽ ad
oppugnandam Capuam. Tum ambo conſules circunſederunt urbem & Claudium Neronem præto-
rem a Sueſſula ex claudianis caſtris exciuerunt. Is quoq; modico ibi præſidio ad tenendum locum relicto
cæteris cum omnibus copiis ad Capuam deſcendit. Ita tria prætoria circa Capuam erecta:tres exercitus
diuerſis partibus opus aggreſſi:foſſa ualloq; circundare urbem parant. Et caſtella excitant modicis ĩter-
uallis multiſq; locis ſimul cum prohibentibus opera campanis eo euentu pugnant:ut poſtremo portis:
muroq; ſe contineret campanus. Prius tamen:quam hæc continuarentur opera:legati ad Annibalẽ miſ-
ſi:qui quererentur deſertam ab eo capuam:ac prope redditã romanis: obteſtarenturq;:ut tũc ſaltẽ opem
non circunſeſſis modo:ſed etiã circũuallatis ferret. Conſulibus litteræ a. P. cornelio prætore miſſæ:ut pri-
uſquã clauderent Capuam operibus:poteſtatem campanis facerent:ut qui eorum uellent exirent ab Ca- Capua
pua:ſuaſq; res ſecum auferrent. Liberos fore:ſuaq; omnia habituros. qui ante idus Martias exiſſent. Poſt foſſa &
eam diem quiq; exiſſent:quiq; ibi manſiſſent:hoſtium futuros numero. Ea pronunciata campanis: atq; uallo cin-
ita ſpreta:ut ultro minarent:dicerentq; contumelias: Annibal ab Gerdonia Tarentum duxerat legiones gitur a
ſperaut ui:aut dolo arcis Tarentinæ potiundæ:quod ubi parũ ꝓceſſit:ad Brunduſium flexit iter prodi Ro.
id oppidum ratus:ibi quoq;:cũ fruſtra tereretur tẽpus:legati cãpani ad eũ uenerunt q̃rentes ſimul oran-
teſq;. Quibus Annibal magnifice reſpondit:& antea ſoluiſſe obſidionẽ:& nunc aduentum ſuũ conſules
non laturos. Cum hac ſpe dimiſſi legati:uix regredi Capuam iam duplici foſſa ualloq; cinctam potue-
runt. Cum maxime Capua circũuallaretur: *Syracuſarũ* quoq; oppugnatio ad finem uenit: præterquã
ui:ac uirtute ducis exercituſq; inteſtina etiã proditione adiuta. Namq; Marcellus initio ueris ĩcertus utrũ
Agrigentum ad Hamilconem:& Hippocratẽ uerteret bellum:an obſidione *Syracuſas* præmeret: q̃q̃ nec
ui capi uidebat poſſe inexpugnabilẽ terreſtri ac maritimo ſitu urbem:nec fame:quã prope liberi ab Car
thagine commeatus alerẽt:tamen nequid inexpertum relinqueret:tranſfugæ *Syracuſani* erant apud Ro-
manos aliqui nobiliſſimi uiri inter defectionem ab Romanis:quia ab nouis conſiliis abhorrebant pul
ſi:colloquiis ſuæ partis temptare animos hominum iuſſit:& fidem dare ſi traditæ forent *Syrracuſæ*:li-
beros eos:ac ſuis legibus uicturos eſſe. Non erat colloquii copia: quia multorum animi ſuſpecti om-
nium curam:oculoſq; conuerterant: nequid falleret tale admiſſum. Seruus unus exulum pro tranſfu-
ga intromiſſus in urbem: conuentis paucis: initium colloquendi de tali refecit. Deinde in piſcatoria
quadam naui retibus operti: circunuectique ita ad caſtra Romana:collocutique cum tranſfugis:& idẽ
ſæpius eodem modo alii atq; alii:poſtremo ad octoginta facti:& cum iam compoſita omnia ad prodi- Coniura
tionem eſſent:inditio delato ad Epicidem per Attulum quendã indignantem ſibi rem creditam non eẽ: tio ad
necati omnes:& cruciati ſunt. Alia ſubinde ſpes:poſtea quam hæc uana euaſerat:excepit. Damaſippus q Epicidẽ
dam lacedæmonius miſſus ab *Syracuſis* ad Philippũ regem captus ab romanis nauibus erat. Huius uti- delata
q; redimendi:& Epicidi cura erat ingens: Nec abnuit Marcellus iã tum ætolorum:cuius gentis ſocii la- uindicat
cedæmonii erant:amicitiã affectantibus romanis: Ad colloquiũ de redemptione eius miſſis:medius ma
xime atq; utriuſq; opportunus locus ad portus trogillorũ propter turrim:quam uocant Galeagram: ẽ Galeagra
uiſus. Quo cum ſæpius cõmearent:unus ex romanis ex propinquo murũ contemplatus:numerando la carcer ſeu
pides exiſtimandoq; ipſe ſecũ:qui in fronte paterent:ſimul altitudinem muri:quantum ꝓxime cõiectu- noxiorũ
ra poterat:permẽſus:humilioremq; aliquãto priſtina opinione ſua & cæterorũ omnium ratus eſſe: & uel locus

medioctibus ſcalis ſuperabilem ad Marcellum rem defert. Haud ſpernenda res uiſa ſed cum adiri locus:
qui ob ipſum intentius cuſtodiebatᷣ: nõ poſſet: occaſio quærebatᷣ: quã obtulit tranſfuga: nuncias diem fe
ſtum Dianæ per triduũ agi: & quia alia in obſidione deſint: uino largius epulas celebrari: & ab Epicide
præbito uniuerſæ plebi: & ꝑ tribus ab principus diuiſo: Id ubi accepit Marcellus: cũ paucis tribunorum
militũ collocutus: electiſꝗ ꝑ eos ad rẽ tantã agendã: audendãꝗ idoneis centurionibus militibuſꝗ: & ſca
lis in occulto cõparatis: cæteris ſignũ dari iubet: ut mature corpora curarent: qetiꝗ darent. Nocte in expe
ditionem eundũ eẽ: inde ubi id tẽporis uiſum: quo die epulatis iam uinoꝗ ſatiatis principiũꝗ ſomni eẽt
ſigni unius milites ferre ſcalas iuſſit: & ad mille ferme milites armati tenui agmine per ſilentiũ eo deducti

Habet ſignum mili tes. lx.

Vbi ſine ſtrepitu: ac tumultu primi euaſerunt in murũ: ſecuti ordine alii: cũ priorũ audacia dubiis: etiam
animũ faceret: iam mille armatorũ ceperant partẽ cũ cæteræ admotæ pluribuſꝗ ſcalis in murũ euadebant
ſigno ab Hexapylo dato: quo per ingentẽ ſolitudinem erat peruentũ: quia magna pars in turribus epu-
lati: aut ſopiti uino erant: aut ſemigraues potabãt: paucos tamẽ eorum oppreſſos in cubilibus interfece-
runt. Prope Hexapylon ẽ portula: ea magna ui refringi cœpta: Et e muro ex cõpoſito tuba datum ſignũ
erat: & iam undiꝗ non furtim: ſed ui aperte gerebatur res: quippe ad Epipolas frequentem cuſtodiis lo-

Epipoli aquarum ſũmitas

cum peruentum erat: terrendiꝗ magis hoſtes erant: quam fallendi: ſicut territi ſunt. Nam ſimul ac tuba-
rum eſt auditus cantus: clamorꝗ tenentium muros: partemꝗ urbis: omnia teneri cuſtodes rati: alii per
murum fugere: alii ſalire de muro: præcipitariꝗ turba pauentium. Magna pars tamen ignata tanti ma-
li erat: & grauatis omnibus ſomno uinoꝗ: & in uaſtæ magnitudinis urbe partium ſenſu non ſatis perti
nente in omnia. Sub luce. Hexapylo effracto: Marcellus omnibus copiis urbem ingreſſus excitauit: con
uertitꝗ omnes ad arma capienda: opemꝗ: ſiquam poſſent: iam captæ ꝓpe urbi ferendam. Epicides ab
inſula: quam ipſi Naſon uocant: citato profectus agmine haud dubius quin paucos per negligentiã cu-
ſtodum tranſgreſſos murum expulſurus foret: occurrentibus pauidis: tumultum augere eos dictitãs: &
maiora ac terribiliora afferre: poſteaquam conſpexit omnia certa: Epipolas armis cõpletas: laceſſito tan
tum hoſte paucis miſſilibus: retro in Acradinam agmen conuertit: non tam uim multitudinemꝗ hoſti
um metuens: quam nequa inteſtina fraus per occaſionem oriretur: clauſaſꝗ inter tumultum Acradinæ:

Lachrymauit Marcell⁹ Syracuſiſ captis

atꝗ inſulæ inueniret portas: Marcellus: ut mœnia ingreſſus ex ſuperioribus locis: urbem ferme omni-
um illa tempeſtate pulcherrimam: ſubiectam oculis uidit: illachrymaſſe partim gaudio dicitur: tantæ ꝑ
petratæ rei: partim uetuſta gloria urbis. Athenienſium claſſes demerſæ: & duo ingentes exercitus cũ duo-
bus clariſſimis ducibus deleti occurrebant: & tot bella cum Carthaginenſibus tanto cum diſcrimine ge-
ſta: tot ac tam opulenti tyranni: regeſꝗ: prætor cæteros Hiero tum recentiſſimæ memoriæ rex: tum ante
omnia: quæ uirtus ei: forunaꝗ ſua dederat: beneficiis in Populo romano inſignis. Ea cum uniuerſa oc-
currerent animo: ſubiretꝗ cogitatio: iam illa momento horæ arſura omnia: & ad cineres reditura: pri-
uſquam ſigna Acradinæ admoueret: præmittit ſyracuſanos: qui inter præſidia romana: ut ante dictum
eſt: fuerant: ut alloquio leui perlicerent hoſtes ad dedendam urbem. Tenebat Acradinæ portas: muroſ-
ꝗ tranſfugæ maxime: quibus nulla erat per conditiones ueniæ ſpes. Ii nec adire muros: nec alloqui quẽ
quam paſſi. Itaꝗ Marcellus poſteaquã incœptum irritũ fuit: ad Euryalũ ſigna referri iuſſit. Tumulus ẽ
in extrema parte urbis uerſus a mari: uiæꝗ imminens ferenti in agros: mediterraneæꝗ inſulæ percõmo-
dus ad cõmeatus excipiendos: Præerat huic arci Philodemus argiuus ab Epicide ĩpoſitus: ad quẽ miſ-
ſus a Marcello Soſis: unus ex intefectoribus tyranni: cum longo ſermone habito: dilatus per fruſtratio-
nem eſſet: rettulit Marcello tp̄s eum ad deliberandũ ſumpſiſſe: cum is diem de die differret: dũ Hippocra
tes atꝗ Himileo admouerẽt caſtra legioneſꝗ: haud dubius: ſi in arcẽ accepiſſet eos: dolere Romanũ ex-
ercitum incluſum muris poſſe. Marcellus ut Euryalũ neꝗ tradi: neꝗ capi uidit poſſe: ĩter Neapolin &
Thicã noĩa partiũ urbis: & inſtar urbiũ ſunt: poſuit caſtra: timens ne ſi frequẽtia intraſſet loca: cõtineri a
diſcurſu miles auidus p̄dæ nõ poſſet. Legati eo ab Thica: & Neapoli cũ infulis & uelamentis uenerunt
ꝑcantes ut a cædibus & ab incẽdiis parceretur. De quorũ ꝑcibus quã poſtulatis magis conſilio habito:
Marcellus ex oĩum ſentẽtia militibus edixit: nequis liberũ corpus uiolaret: cætera p̄dæ futura. Caſtraꝗ

Marcelli edictum

pro muro tectis parietũ ſepta. Portis regione platearũ patentibus ſtationes: p̄ſidiaꝗ diſpoſuit: nequis in
diſcurſu militũ impetus in caſtra fieri poſſet. Inde ſigno dato milites diſcurrere: refractiſꝗ foribus cũ oĩa
terrore ac tumultu ſtreperent: a cædibus tamẽ tẽperatũ eſt. Rapinis nullus ante modus fuit quã oĩa diu-
turna felicitate cumulata bona egeſſere. Inter hæc & Philodemus cũ ſpes auxilii nulla eſſet: fide accepta:
ut inuiolatus ad Epicidem rediret: reducto præſidio tradidit tumulum Romanis. Auerſis oĩbus ad tu-
multuum ex parte captæ urbis Bomilcar noctem eam nactus: quapropter uim tempeſtatis ſtare ad an-
choram in ſalo Romana claſſis non poſſet: cum trigintaquinꝗ nauibus e portu ſyracuſano profectus:
libero mari uela in altum dedit quinꝗ & quinquaginta nauibus Epicide & Syracuſis relictis: edoctiſꝗ
Carthaginenſibus: in quanto res Syracuſana diſcrimine eſſet: cũ. c. nauibus poſt paucos dies redit: mul-
tis: ut fama eſt dones ex Hieronis Gaza ab Epicide donatus. Marcellus: Euryalo recepto: præſidioque
addito: una cura erat liber: nequa a tergo uis hoſtium in arcem accepta incluſos: impeditoſque mœni-
bus ſuos turbaret: Acradinam inde ternis caſtris per idonea diſpoſitis loca: ſpe ad inopiam omnium re
rum incluſos redacturum ſe circũſedit. Cum per aliquot dies quietæ ſtatiões utrinꝗ fuiſſent: repẽte ad-
uentus Hippocratis Himilconis: ut ultro undiꝗ oppugnarentur Romani: fecit: Nã & Hippocrates ca-
ſtris ad magnum portũ cõmunitis: ſignoꝗ iis dato: ꝗ Acradinã tenebãt: caſtra uetera romanoꝝ adortus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

eſt:quibus Criſpinus præerat. Et Epicides eruptionem in ſtationes Marcelli fecit:& claſſis punica litto
ri:quod inter urbem & caſtra romana erat:appulſa eſt:nequid præſidii Criſpino ſubmitti a Marcello
poſſet:tumultũ tamẽ maiores hoſtes præbuerũt:ꝗ̃ certamen. Nam & Criſpinus Hippocratẽ nõ reppu
lit tantũ a munimentis, ſed inſecutus etiã eſt trepide fugientẽ. Et Epicidem Marcellus compulit in urbẽ
Satiſq; iam etiã in poſterum uidebatur prouiſum: nequid ab repentinis eorum incurſionibus periculi
fore. Acceſſit & peſtilentia:cõmune malum:quod facile utrorũq; aĩos auerteret a belli cõſiliis. Nam tẽ
pore autumni:& locis natura grauibus:multo tamen magis extra urbem:quam in urbe intolerãda uis
æſtus:per utraq; caſtra oĩum ferme corpora mouit:& primo temporis ac loci uicio & ægri erãt:& mo
riebãtur:poſtea curatio ipſa:& cõtactus ægroꝝ uulgabat morbos:ut aut neglecti deſertiq;: qui incidiſ
ſent:morerentur:aut aſſidentis curantiſq; eadẽ uis morbi repletos ſecum traheret quottidianaq; funera:
& mors ob omniũ oculos eſſet:& undiq; dies nocteſq; ploratus audirent᷑. Poſtremo ita aſſuetudine ma
li efferauerant animos:ut nõ modo lachrymis: iuſtoq; comploratu proſequerent᷑ mortuos: ſed ne effer
rent quidem:aut ſepelirent: iacerentq; ſtrata exanimata corpora in cõſpectu ſimilẽ quoq; mortem expe
ctantiũ:mortuiq;:ægros:ægri ualidos tum metu:tum tabe:ac peſtifero ardore corporum conficerent:&
ut ferro potius morerẽtur:quidam inuadebãt ſoli hoſtiũ ſtationes. Multo tamẽ maior uis peſtis pœno
rum caſtra:quã romana:diu circũſedendo Syracuſas cæde:aquiſq; affecerat magis ex hoſtium exercitu.
Siculi ut primum uidere ex grauitate loci uulgari morbos:in ſuas quiſq; ꝓpinquas urbes dilapſi ſunt.
At Carthaginẽſes:quibus nuſquã receptus erat:cum ipſis ducibus Hippocrate:atq; Himilcone ad inter
nicionẽ oẽs perierunt. Marcellus ut tãta uis ĩgruebat mali:adduxerat in urbẽ ſuos:infirmaq; corpora te
cta:& umbræ recreauerãt. Multi tamen ex romano exercitu eadem peſte abſumpti ſunt. Deleto terreſtri
punico exercitu:ſiculi qui Hippocratis milites fuerãt haud magna oppida:cæteꝝ & ſitu:& munimẽtis
tuta:tria milia alterum ab Syracuſis alterum quindecim ab oſtio:& cõmeatus a ciuitatibus ſuis compor
tabant:& auxilia accerſebant. Interea Bomilcar iterũ cũ claſſe ꝓfectus Carthaginẽ ita fortuna expoſita ſo
ciorum:ut ſpem faceret:nõ ipſis modo ſalutarem opem fieri poſſe:ſed romanos quoq; ĩ capta quodam
modo urbe capi:perpulit ut onerarias naues quãplurimas omni copia reꝝ ſecum onuſtas mitterẽt:cla
ſemq; ſuã augerent. Igitur centũ triginta nauibus longis & ſeptingẽtis onerariis ꝓfectus a Carthagine ſa
tis ꝓſperos uentos ad traiiciẽdum in Siciliam habuit:ſed iidem uenti ſuperare eum Pachynum ꝓhibe
bant. Bomilcaris aduentus fama primo:deinde præter ſpem mora cũ gaudiũ & metũ inuicem romanis:
ſyracuſaniſq; præbuiſſet:Epicides metuens:ne ſi pergerent iidẽ:qui tum tenebãt:ab ortu ſolis flare ꝑ dies
plures uenti claſſis:punica Africam repeteret:tradita Acradina mercænnariorũ militũ ducibus: ad Bo
milcarẽ nauigat:claſſem in ſtatione uerſam:in Africã habentem:atq; timẽtem nauale prælium:non tam
quod impar uiribus:aut numero auiũ eſſet:quippe etiam plures habebat: quam quod uenti aptiores:
romanæ:quã ſuæ claſſi flarent: perpulit tãdẽ:ut fortunã naualis certaminis experiri uellet. Et Marcel
lus cum ſiculum exercitum ex tota inſula conciri uideret:& cum ingenti cõmeatu claſſem punicã aduẽ
tare:nã ſimul terra:mariq; incluſus urbe:hoſtiũ urgeretur:q̃q̃ impar numero nauiũ erat:prohibere adi
tu Syracuſarũ Bomilcarẽ conſtituit. Duæ claſſes infeſtæ circa ꝓmontoriũ Pachynum ſtabant:ubi pri
mum tranquillitas maris in altum euexiſſet cõcurſuræ. Itaq; cadente iam euro:qui per dies aliquot ſæ
uierat: prior Bomilcar mouit:cuius prima claſſis petere altũ uiſa ẽ:quo facilius ſuperaret promõtoriũ.
Cæterũ poſteaquã tendere ad ſe romanas naues uidit:incertũ qua ſubita territus re: Bomilcar uela in al
tum dedit:miſſiſq; nunciis Heracleã:qui onerarias naues retro in Africã repetere iuberent:ipſe Siciliam
prætereuectus. Tarentũ petit. Epicides tãta repẽte deſtitutus ſpe:ne obſidione magna ex parte capta urbe
rediret. Agrigentũ nauigat:expectaturus magis euentum:quã inde quicquã moturus. Quæ ubi in ca
ſtra ſiculorũ ſunt nunciata. Epicidẽ Syracuſis exceſſiſſe:a Carthaginẽſibus relictã inſulã:& ꝓpe iterum
romanis traditam:legatos de cõditionibus dedendæ urbis:explorata prius ꝑ colloquia uoluntate coꝝ:
qui obſidebant᷑: ad Marcellũ mittũt. Cum haud diſcreparet:quin quæ ubiq; regũ fuiſſent:Romanorũ
eſſent. Siculis cætera cũ libertate:ac legibus ſuis ſeruarent᷑:euocatis ad colloquium iis:quibus ob Epici
de credita res erat:miſſos ſe ſimul ad Marcellum:ſimul ab eo ad exercitũ ſiculoꝝ aiũt: ut una omnium:
qui obſiderentur:quiq; extra obſidionẽ eſſent:fortuna eſſet:neue alteri proprie ſibi paciſcerentur quicq̃.
Recepti deinde ab iis: ut neceſſarios hoſpiteſq; alloquerentur:expoſitis: quæ pacta iam cũ Marcello ha
berent:oblata ſpe ſalutis perpulere eos: ut ſecũ profectos Epicidis Polycletum & Philiſtionem & Epi
cidem: cui Sydon cognomentũ eſt:aggrederentur. Interfectis iis:& multitudine ad concionẽ cõuocata:
& inopiã:quã ipſi inter ſe fremere occulte ſoliti erant: conqueſti: & quanq̃ tot mala urgerent: negarent
fortunam accuſandam eſſe:ꝙ in ipſorum eſſet poteſtate:quãdiu ea paterentur:Romanis cauſam oppu
gnandi Syracuſas fuiſſe caritatem ſyracuſanorum:non odium:nam ut occupatas res ab ſatellitibus An
nibalis deinde Hieronymi Hippocrate atq; Epicide audierint:tum bellum mouiſſe: & obſidere urbem
cœpiſſe:ut crudeles tyrannos eius:non ut ipſam urbem expugnarent. Hippocrate uero intercmpto: Epi
cide intercluſo ab Syracuſis:& præfectis eius occiſis: Carthaginenſibus omni poſſeſſione Siciliæ terra
mariq; pulſis:quam ſuperaſſe cauſam Romanis:cur non perinde ac ſi Hiero ipſe uiueret unicus Roma
næ amicitiæ cultor:ſic incolumes Syracuſas eſſe uelint. Itaq; nec urbi nec hominibus aliud periculum:
quam ab ſemetipſis eſſe:ſi occaſionem reconciliandi ſe Romanis non prætermiſiſſent:eam autem:qua
lis illo momento horæ ſit:nullam deinde fore: ſi ſimul libertas ab impotentibus tyrannis apparuiſſet:

Pluribus locis uno tempore pugnatur

Atᷓ fœ dã peſtilentiam

Atᷓ punicã claſſẽ.

Bomilcaris fuga

*Oro Sy-racuſanorum ad Marcellũ*

Omnium ingenti aſſenſu oratio audita eſt. Prætores tamen prius creari: quam legatos nominari placuit. Ex ipſoꝝ deinde prætoꝝ numero miſſi oratores ad Marcellum: quoꝝ princeps. Neq; primo inqt: ſyra-cuſani a uobis deficimus: ſed Hieronymus: nequaq̃ tam in uos impius: quã in nos: nec poſtea pacẽ tyran-ni cæde cõpoſitam ſyracuſanus quiſquã: ſed ſatellites regii Hippocrates atq; Epicides: oppreſſis nobis hic metu: hinc fraude turbauerunt: nec q̃ſquam dicere põt: aliquando nobis libertatis tp̃s fuiſſe quod pacis uobiſcũ non fuerit. Nunc certe cæde eoꝝ qui oppreſſas tenebant Syracuſas: cum primũ arbitrii noſtri eſſe cœpimus: extẽplo uenimus ad tradenda arma: ad dedendos nos urbem mœnia: nullam recuſandam for-tunam: q̃ impoſita a uobis fuerit. Gloriã captæ nobiliſſimæ pulcherrimæq; urbis græcaꝝ dii tibi dede-runt Marcelle. Quicquid unq̃ terra mariq; memorandum geſſimus: id tui triumphi titulo accedit. Fa-mæ ne credi uelis: quanta urbs abs te capta ſit: quã poſteris quoq; eam ſpectaculo eſſe: quo quiſq; terra: quiſq; mari uenerit: nunc noſtra de Athenienſibus: Carthaginenſibuſq; trophæa: nũc tua de nobis oſten-dat: incolumeſq; Syracuſas familiæ ueſtræ ſub clientela nominis Marcelloꝝ: tutelaq; habẽdas tradas: ne plus apud uos Hieronymi: quam Hieronis memoria momẽti faciat: diutius ille multo amicus fuit: quã hic hoſtis: & illius ẽt benefacta ꝑſenſiſtis: huius amentia ad ꝑniciem tantum ipſius ualuit. Omnia & im-petrabilia & tuta erant apud romanos. Inter ipſos plus periculi: ac belli erat. Nãq; tranſfugæ tradi ſe ro-manis rati: mercẽnarioꝝ quoq; auxilia militum in eundem cõpulere metum: arreptiſq; armis ꝓtores pri-mum obtruncant: Inde ad cædem ſyracuſanoꝝ diſcurrunt. Quoſq; fors obtulit: irati interfecerũt: atq; oĩa quæ in promptu erãt: diripuere. Tum: ne ſine ducibus eſſent: ſex ꝓfectos creauere: ut trini Acradinæ ac Naſſo ꝓeſſent. Sedato tandẽ tumultu exequẽtibus ſciſcitãdo mercænnariis: quæ acta cũ romanis eſſent: dilucere id q̃d erat: cœpit: aliã ſuã ac trãſfugaꝝ cãm eẽ: in tp̃e legati ab Marcello redierũt: falſa eos ſuſpi-cione incitatos memorãtes: nec cãm expetẽdæ pœnæ eoꝝ ullã Romanis eſſe. Erat ex trib⁹ Acradinæ ꝓfe-

*Mericus*

ctis hiſpanus Mericus noĩe. Ad eũ inter comites legatoꝝ de induſtria unus ex hiſpanoꝝ auxiliarib⁹ eſt miſſus: qui ſine arbitris Mericũ nactus: primũ quo in ſtatu reliquiſſet Hiſpaniã: & nuꝑ inde uenerat: ex-ponit: oĩa romanis ibi obtineri armis: poſſe eũ: ſi operæ ꝓciũ faciat: principẽ populariũ eſſe: ſeu militare cũ romanis: ſeu in patriã reuerti libeat. Contra ſi mallet obſideri: ꝑgat: quã ſpem eẽ terra: mariq; clauſo? Motus his Meric⁹ eũ legatos ad Marcellũ mitti placuiſſet: fratrẽ inter eos miſit: q ꝑ eũdẽ illũ hiſpanũ ſe-creto ab aliis Marcellũ deduct⁹ cũ fidẽ accepiſſet: cõpoſuiſſetq; agẽdæ rei ordinẽ: Acradinã redit. Tũ Me-ricus ut a ſuſpitiõe ꝓditionis aduerteret oĩum aĩos: negat ſibi placere legatos: cõmeare ultro: citroq; neq; recipiendũ queq̃: neq; mittendũ. Et quo intẽtius cuſtodiæ ſeruent opportuna loca diuidẽda ꝓfectis eẽ:

*Arethuſa Acradina tradunt Romãis*

ut ſuæ quiſq; partis tutãdæ reus ſit. Oẽs aſſenſi ſunt partib⁹ diuidẽdis: ipſi regio euenit ab Arethuſa fon-te uſq; ad hoſtiũ magni portus id ut ſcirent romani: fecit. Itaq; Marcellus nocte nauim onerariã cum ar-matis remulco quadriremis trahi ad Acradinã iuſſit: exponiq; milites regione portæ: quæ ꝓpe fontem Arethuſam ẽ. Hoc cũ quarta uigilia factũ eſſet: expoſitoſq; milites porta: ut cõuenerat: recepiſſet Meric⁹ luce prima Marcellus oĩbus copiis mœnia Acradinæ aggredit: ita ut nõ eos ſolũ: qui Acradinã tenebãt in ſe conuerteret: ſed ab Naſſo etiã agmina armatoꝝ cõcurrerẽt: relictis ſtatiõibus ſuis ad uim & impe-tum romanoꝝ arcendum. In hoc tumultu actuariæ naues inſtructæ iam ante: circũuectæq; ad Naſſum armatos exponunt: qui improuiſo adorti ſemiplenas ſtationes: & ad apertas fores portæ: qua paulo an-

*Naſſus & acradinem uno tp̃e capiunt*

te excurrerãt armati: haud magno certamine Naſſum cœpere deſertã trepidatione & fuga cuſtodũ neq; ullis ꝓſidii minus: aut ꝑtinatiæ ad manẽdum: quã trãſfugis fuit: quia ne ſuis quidẽ ſatis credẽtes ſe me-dio certamine effugere: Marcellus: ut captã eẽ Naſſum didicit: & Acradinæ regionem unã teneri: Meri-cumq; ꝓſidio ſuis adiunctum: receptui cecinit: ne regiæ opes: quaꝝ fama maior: quam res erat: diriperẽ-tur. Suppreſſo impetu militũ: & iis qui in Acradina erant: tranſfugis ſpatium: locuſq; fugæ datus eſt.

*Diripit Acradina a Marcello Archimedes interficit.*

Syracuſani tandem liberi metu: portis Acradinæ apertis oratores ad Marcellum mittunt: nihil peten-tes aliud q̃ incolumitatem ſibi liberiſq; ſuis. Marcellus concilio aduocato: & adhibitis etiam Syracuſa-nis: qui per ſeditiones pulſi ab domo intra præſidia Romana erãt: reſpondit non plura per annos quin-quaginta benefacta Hieronis quam paucis his annis maleficia eorum: qui Syracuſas tenuerint erga po-pulum Romanum eſſe. Se plæraq; eorum: quo debuerint: recidiſſe: fœderumq; ruptorum ipſos ab ſe grauiores multo: quam Popu. Roma. uoluerit pœnas exigiſſe. Se quidem tertium annum circunſ. diſ-ſe. Syracuſas: non ut populus reſeruatam ciuitatem haberet: ſed ne trãſfugarum duces captam & oppreſ-ſam tenerent. Quid potuerint Syracuſani facere extemplo: uel eos ſyracuſanorum eſſe: qui intra Roma-na præſidia fuerint: uel Hiſpanum ducem Maricum: qui præſidium tradiderit: uel ipſorum Syracuſa-norum poſtremo ſerum quidem: ſed forte omnium ſibi conſilium laborum periculorumq; circa mœ-nia ſyracuſana terra: mariq; tandiu ex hauſtorum: nequaq̃ tantum fructum eſſe: quam capere Syracuſas potuiſſet. Inde quæſtorem cũ præſidio ad Naſſum ad accipiendam pecuniam regiam: cuſtodiendamq; miſſus: diripiendaq; urbs militi data eſt. Cuſtodibus diuiſis per domos eorum: qui intra præſidia Ro-mana fuerunt. Cum multa iræ: multa inuidiæ: auariciæq; fœda exempla æderentur. Archimeden me-moriæ proditum eſt in tanto tumultu: quantum captæ urbis in diſcurſum diripientium militum ciere poterant: intentum formis: quas in puluere reſcripſerat: ab ignaro milite quis eſſet interfectum. Aegre id Marcellum tuliſſe: ſepulturæq; curam habitam & propinquis etiam inquiſitis: honori præſidioq; nomen eius: ac memoriam fuiſſe. Hoc maxime modo Syracuſæ captæ in quibus prædæ tantum fuit: quãtum uix capta Carthagine tum fuiſſet: cum qua uiribus æquis certabatur. Paucis ante diebus: quã

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Syracuſæ caperent. T. Octacilius cū quinqueremibus octaginta Vticā ab Lilybæo tranſmiſit: & cū ante lucē portū intraſſet: onerarias frumēto onuſtas cepit: egreſſuſq; i terrā depopulatus eſt aliq̄tū agri circa Vticā: pdāq; omnis generis retro ad naues egit: Lilybæum tertio die: quā profectus inde erat: cum. c. triginta onerariis nauibus frumento prædaq; onuſtis rediit. Idq; frumentum ex templo Syracuſas miſit: qd ni tā itēpore ſubueniſſet: uictoribus uictiſq; pariter pnicioſa fames inſtabat.

Eadē æſtate in Hiſpania cū ferme biennio nihil admodū memorabile factum eſſet: cōſiliiſq; magis: quā armis bellū gereretur: Romani imperatores egreſſi hybernis copias coniunxerunt. Ibi cōſilium dicitur aduocatum: omneſq; in unū congruere ſententiæ: quādo ad id locorum id mō actū eſſet: ut Aſdrubalē tendentem in Italiam retinerent: tempus eſſe: id iam agi: ut bellum in Hiſpania finiretur. Et ſatis ad id uiriū credebāt acceſſiſſe: triginta milia celtiberorum eſſe hyeme ad arma excitati. Tres exercitus erant. Aſdrubal Giſgonis filius: & Mago coniunctus caſtris: quinq; ferme dierum iter ab romanis haberent. Propior erat Himilconis filius: Aſdrubal uetus in Hiſpania iperator ad urbē nomine Anitorgin exercitū habebat. Eum uolebant prius opprimi duces Romani: & ſpes erat ſatis ſuperq; ad id uiriū eſſe. Illa reſtabat cura: ne fuſo eo perculſi alter Aſdrubal & Mago i auios ſaltus: monteſq; recipiētes ſeſe bellū extraherēt. Optimū igitur rati: diuiſis bifariā copiis totius ſimul Hiſpaniæ amplecti bellū inter ſe ita diuiſerunt: ut. P. Cornelius duas partes exercitus romanorum: ſociorūq; aduerſus Magonē duceret atq; Aſdſdrubalē. Gn. Cornelius cum tertia parte ueteris exercitus celtiberis adiunctis cum Aſdrubale Barchino bellū gereret: una profecti ambo duces: exercituſq;: celtiberis prægredientibus ad urbē Anitorgin in conſpectu hoſtium: dirimente amne ponunt caſtra. Ibi Cornelius Scipio cum quibus ante dictū eſt copiis ſubſtitit. Et. P. Scipio profect⁹ ad deſtinatam belli partē. Aſdrubal poſteaquā animaduertit exiguum Romanū exercitū in caſtris & ſpem omnem in celtiberorū auxiliis eſſe: peritus omnis Barbaricæ: & pcipue omnium gentium earum: in quibus per tot ānos militabat perfidiæ: facili linguæ commertio: cum utraque caſtra plena Hiſpanorū eſſent: per occulta colloquia paciſcitur magna mercede cum celtiberorum principibus: ut copias inde abducerent. Nec atrox uiſum facinus: nō enim: ut in Romanos uerterēt arma: agebantur: & merces quanta uel pro bello ſatis eſſet: dabatur: ne bellum gererent. Et cū quies ipſa tum reditus domum fructuſq; uidendi ſuos ſua grata uulgo erant. Itaque non ducibus facilius: q̄ multitudini perſuaſum eſt: ſimul ne metus quidē ab romanis ducibus erat. Quippe tam paucis: ſibi ne timerent. Id quidē cauendū ſemper Romanis ducibus erit: exēplaq; hæc uere pro documentis habenda: ne ita externis credant auxiliis: ut nō plus ſui roboris: ſuarūq; uiriū ꝓprie in caſtris habeant. Signis repente ſublatis: celtiberi abeunt: nihil aliud quærentibus cauſā: obteſtantibuſq;: ut manerent romanis: reſpondētes: q̄ domeſtico ſe uocari bello. Scipio poſteaq̄ ſocii nec pcibus: nec ui retineri poterant: nec ſe aut parē ſine illis hoſti eſſe: aut fratri rurſus cōiugi uidit poſſe: nec ullum aliud ſalutare cōſiliū in promptu eſſe: retro quantū poſſet: cedere ſtatuit: in id omni cura itētus: necubi hoſti æquo ſe cōmitteret loco: q tranſgreſſus flumen prope ueſtigiis abeuntiū inſiſtebat. Per eoſdē dies. P. Scipionē par terror: periculū maius a nouo hoſte urgebat. Maſiniſſa erat iuuenis: qui eo tēpore erat ſocius carthaginēſiū: quē deide clarꝛ potētē Romana fecit amicitia. Is tum cū eq̄tatu numidarū aduenięti. P. Scipioni occurrit: & deinde aſſidue dies nocteſq; infeſtus aderat: ut nō uagos tātum procul a caſtris lignatū: pabulatūq; ꝓgreſſos exciperet: ſed ipſis obequitaret caſtris: inuectuſq; in medias ſtationes ſæpe oīa ingenti tumultu turbaret. Noctibus quoq; ſæpe incurſu repētino in portis ualloq; trepidatū eſt: nec aut locus: aut tēpus uacuum a metu ac ſolicitudine erat Romanis: cōpulſiſq; intra uallū: adempto omnium reꝝ uſu: cū prope obſidio eſſet: futuramque artiorem eam appareret: ſi ſe Indibilis: quē: cum ſeptem milibus & quingentis ſueſſanorū aduētare fama erat: pœnis coniunxiſſet. Dux cautus & prudens Scipio uictus neceſſitatibus temerariū capit conſiliū: ut nocte Indibilī obuiā iret: & quocūq; occurriſſet loco: præliū cōſereret. Relicto igitur modico præſidio in caſtris præpoſitoq;. T. Fonteio legato media nocte profectus cum obuiis hoſtibus manus conſeruit. Agmina magis: quā acies pugnabat. Superior tamen: ut in tumultuaria pugna romanus erat. Cæterū & eq̄tes numidæ repēte: quos feſellixiſſe ſe dux ratus erat: a lateribus circūfuſi magnū terrorē intulere. Cōtracto aduerſus numidas certamine nouo: terti⁹ inſuper aduenit hoſtis. Duces pœni aſſecuti ab tergo iam pugnātes. Anceſpq; præliū Romanos circūſteterat: incertos i quem potiſſimū hoſtem: quā ue in partē conferti emptionē facerent. Pugnanti hortantiq; imperatori & offerenti ſe: ubi plurimus labor erat: latus dexterū lancea traiicitur. Cuneuſq; hoſtium is qui in confertos circa ducem impetum fecerat: ut exanimē labētemq; ex equo Scipionem uidit: alacres gaudio cū clamore per totā aciem nunciantes diſcurrerunt: imperatorem Romanū cecidiſſe: Hæc peruagata paſſim uox: ut & hoſtes haud dubie pro uictoribus: & romanis pro uictis eſſent: fecit. Fuga confeſtim ex acie duce amiſſo: fieri cœpta eſt. Cæterū ut ad erumpendū inter numidas: aliaq; leuium armatorū auxilia haud difficilis res erat: ita effugere tantum equitum: æquantiumq; equos uelocitate peditum uix poterant: cæſiq; ꝓpe plures in fuga: quā in pugna ſunt. Nec ſuperfuiſſet q̄ſq̄ ni præcipiti iam ad ueſperum diē nox interueniſſet. Haud ſegniter inde duces pœni fortuna uſi: cōfeſtim e prælio: uix neceſſaria quiete data militibus: ad Aſdrubalem Amilicaris citatum agmē rapiunt: non dubia ſpe: cum copias coniunxiſſent: debellari poſſe. Quo ubi eſt uentū: inter exercitus duceſq; uictoria recēti lætos gratulatio ingens facta: iperatore tāto cū omni exercitu deleto: & alte

Scipionū conſiliū in opprimēdo hoſte

Celtiberorum defectio

P. Scipio ab hoſtibus circūuētus occiditur

ram pro haud dubio paré uictoriá expectátes. Ad romanos nōdū q̄dē fama tātæ cladis peruenerat
ſed tamē mœſtū quoddā ſilentiū erat:& tacita diuinatio:qualis iā præſagētibus animis iminentis
mali eſſe ſolet. Imperatori ipſe præterq̄ quod ab ſociis ſe deſertum hoſtium tantū auctas copias ſen
tiebat:coniectura etiam & ratione ad ſuſpicionē acceptæ cladis:quam ad ullam bonam ſpem pro-
nior erat. Quonámodo enim Aſdrubalē ac Magonē:niſi defuncto ſuo fratre:ullo ſine certamine
adducere exercitum potuiſſe! Quomodo autē nō obſtitiſſe:aut ab tergo ſecutū fratrē:ut niſi ꝓhi-
bere:quominus in unum cogerētur:duces & exercitus hoſtiū nō poſſet:ipſe certe cū fratre cōiunge
ret copias. His anxius curis id modo eſſe ſalutare etiā in præſens credebat:cedere inde quantū poſ
ſet:& inde una nocte:ignaris hoſtibus & ob id quietis:aliquantū emenſus eſt iter. Luce ut ſenſerūt
profectos hoſtes:præmiſſis Numidis:quam poterat maxime:citato agmine:ſequi cœperunt. Ante
noctem aſſecuti Numidæ:nunc ab tergo:nunc in latera concurſantes. Cōſiſtere cœperunt:ac tutari
agmen quantum poſſent:tamen tuto:ut ſimul pugnarent:procederētq; Scipio hortabatur:priuſq̄
pedeſtres copiæ aſſequerētur. Cæterū nunc agendo:nūc ſuſtinēdo agmē:cū aliquādiu haud mul-
tum procederetur:& nox iam inſtaret:reuocauit e prælio ſuos Scipio:& collectos in tumulū quen-
dam:nō quidem ſatis tutum præſertim agmini perculſo:editiorem tamen:quam cætera circa erāt:
ſubducit. Ibi primo:impedimētis & equitatu in mediū receptis:circūdati pedites haud difficulter
impetus incurſantiū numidaꝝ arcebāt. Deinde poſteaq̄ toto agmine tres imperatores cum tribus
iuſtis exercitibus aderant:apparebatq; parū armis ad tuendū locum ſine munimento ualituros eē:
circunſpectare:atq; agitare dux cœpit:ſiquo modo poſſet uallum circū iniicere. Sed erat adeo nu-
dus tumulus:& aſperi ſoli:ut nec uirgulta uallo cædendo:nec terra ceſpiti faciundo: aut ducendæ
foſſæ aliiue ulli opi apta inueniri poſſet:nec ferme quicq̄ ſatis arduū aut abſciſſum erat:quod hoſti
aditum:aſcenſumue difficilem præberet:omnia faſtigio leui ſubnixa:ut tamen aliquam imaginē
ualli obiicerēt:clitellas illigatas oneribus:uelut ſtruentes ad altitudinē ſolitam circundabat cumu
lo ſarcinaꝝ omnis generis obiecto:ubi ad moliendum clitellæ defuerant. Punici exercitus poſteaq̄
aduenere:in tumulum quidē per facile agmen erexere:munitionis uero facies noua primo eos mi
raculo quodā tenuit. Et cū duces undiq; uociferarentur quid ſtarent:& nō ludibriū illud:uix fœmi
nis pueriſue morādis ſatis ualidū diſtraherent:diriperentq;:captū hoſtem teneri latentē poſt ſarci-
nas:hæc cōtēpti duces increpabant. Cæteꝝ neq; trāſiliri:neq; moliri onera obiecta:nec cædeř ſtipa
tas clitellas: ipſiſq; obrutas ſarcinis facile erat. Tardatis diu cū amolita obiecta onera armatis de-
diſſēt uiā:pluribuſq; idē partib⁹ fieret:capta iā undiq; caſtra erāt:pauci ab multis: ꝑculſiq; a uictori
bus paſſim cædebantur. Magna pars tamē militū cū in ꝓpinquas refugiſſet ſiluas i caſtra. P. Scipio
nis q̄bus. T. Fōteius legatus præerat:ꝑfugerūt. Gn. Scipionē alii i tumulo primo ipetu hoſtiū cæ-
ſū tradūt. Alii cū paucis i ꝓpinquā caſtris turrim fuiſſe. Hāc igni circūdatā:atq; ita exuſtis foribus:
quas nulla moliri potuerunt ui:captā:oēſq; intus cū ipſo iperatore occiſos. Anno octauo:poſteaq̄
i Hiſpaniā uenerat. Gn. Scipio:unde trigeſimo die poſt fratris mortē ē interfectus. Luctus ex morte
eoꝝ nō Romæ maior q̄ per totā Hiſpaniā fuit. Quin apud ciues partim doloris & exercitus amiſ-
ſi:& alienata ꝓuincia:& publica trahebat clades. Hiſpaniæ ipſos lugebāt:deſiderabātq; duces Gnæ
um tñ magis:quod diutius præfuerat iis priorq; & fauorē occupauerat:& ſpecimē iuſticiæ Tēperā
tiæq; Romanæ prius dederat. Cū deletus exercit⁹ amiſſæq; Hiſpaniæ uiderētur: uir unus has reſti
tuit:Erat in exercitu. L. Martius Septimii filius eques romanus ipiger iuuenis:animiq; & igenii ali
q̄to quā ꝓ fortuna:i qua erat natus maior. Iis ad ſummā indolē acceſſerat. Gn. Cornelii Scipionis
diſciplina ſub qua ꝑ tot annos oīs militiæ artis edoctus fuerat:Hic & ex fuga collectis militibus &
q̄buſdā de ꝑſidiis deductis haud cōtēnēdū exercitū fecerat:cōiunxeratq; cū. T. Fōteio. P. Scipionis
legato:ſed tātū præſtitit eques romanus auctoritate iter milites atq; honore:ut caſtris citra Iberū cō
munitis:cū ducē exercituū comitiis militaribus creari placuiſſet:ſubeuntes alii aliis in cuſtodiā ual
li ſtationeſq;:donec ꝑ oēs ſuffragiū iret:ad. L. Martiū cuncti ſummā imperii detulerūt. Omne ide
tēpus exiguū id fuit:muniēdis caſtris:cōuehēdiſq; cōmeatibus cōſumptū:& oīa iperia milites tum
impigre:tum haud quaq̄ abiecto animo exequebantur. Cæterū poſteaq̄ Aſdrubalem Giſgonis fi
lium uenientem ad reliquias belli delendas tranſiſſe Iberū:& appropinq̄re allatū eſt: ſignūq; pugnæ
propoſitū a nouo duce milites uiderunt:recordati quos pauloante imperatores habuiſſent:q̄buſ-
q;,& ducibus: & copiis fræti prodire in campū ad pugnā ſoliti eſſent:flere omnes repēte: & offenſa
re capita:& alii manus ad cælū tēdere deos incuſantes:alii ſtrati humo ſuū quiſq; noīatim ducē im-
plorare:neq; ſedari lamētatio poterat excitantibus cēturionibus manipulares:& ipſo minitāte & in
crepante Martio:quod in muliebres:& inutiles ſe proieciſſent fletus: potiuſquā ad tutandos ſemet
ipſos:& rēpublicā ſecū acuerent animos:& ne inultos:iperatores ſuos iaceř ſinerēt:cū ſubito clamor
tubarumq; ſonus:iam.n.prope uallū hoſtes erant:exauditur:inde:uerſo repēte i irā luctu:diſcurreř
ad arma ac uelut accēſi rabie diſcurrunt ad portas:& in hoſtē negligenter:atq; incōpoſite uenientē
incurrunt:Extēplo improuiſa res pauorē incutit pœnis:mirabundiſq;:unde tot hoſtes tā ſubito ex
orti ꝓpe deleto exercitu forent:unde tanta audacia:tanta fiducia ſit iis uictis:atq; fugatis! q̄s ipera-
tor duob⁹ Scipionibus cæſis extitiſſet! quis caſtris præeſſet! q̄s ſignū dediſſet pugnæ! Ad hæc tot iā
nec opinata prio oium incerti ſtupenteſq; referunt pedē:dein ualida ipreſſione pulſi terga uertūt:
& aut fugiētiū cædes fœda fuiſſet:aut temerarius periculoſuſq; ſequētium ipetus:ni Martius prope

Atrē. no-
uá ualli
ſpēm

Gn. Sci-
pio fr.
P. interfi
citur

L. Martii
uirtus

Fundūt
hoſtes
Romani

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

te receptui dediſſet ſignum obſiſtenſq; ad prima ſigna quoſdam ipſe retinens: cōcitatā repreſſit aciē. Inde
in caſtra auidos adhuc cædis: ſanguiniſq; reduxit. Carthagineſes trepide primo ad hoſtium uallum acti:
poſteaquā neminē inſequi uiderūt: metu ſubſtitiſſe rati contēptim rurſus: & ſedato gradu: in caſtra habe-
unt. Par negligētia in caſtris cuſtodiendis fuit. Nam & ſi ꝓpinquus hoſtis erat: tamē reliquias eum eſſe
duoꝝ exercituū ante paucos dies deletoꝝ ſuccurrebat. Ob hoc cū oīa neglecta apud hoſtes eſſent explora
tis iis Martius ad cōſiliū prima ſpecie temerariū magis: quā audax aīum adiecit: ut ultro caſtra hoſtium
Martii
oppugnaret: facilius eſſe ratus unius Aſdrubalis expugnari caſtra: quā ſi ſe rurſus tres exercitus: ac tres du
conſiliū
ces iunxiſſent: ſua defendi: ſimul: aut ſi ſucceſſiſſet cœptis: receptuꝝ ſe afflictas res: aut ſi pulſus eſſet tum
ultro īferendo arma contēptum ſui demptuꝝ. Ne tamē ſubita res: & nocturnus terror: ēt nō ſuæ fortu-
næ cōſiliū ꝑturbaret alloquēdos adhortandoſq; ſibi milites ratus concione aduocata: ita diſſeruit. Vel
mea erga impatores nr̄os uiuos mortuoſq; pietas: uel præſens oīum ueſtrū milites fortuna fidem: cuius
facere pōt mihi hoc imperiū: ut amplū iudicio ueſtro: ita re ipſa graue: ac ſollicitū eſſe: quo. n. tempore: ni
ſi metus mœrorem obſtupefaceret: uix ita compos mei eſſem: ut aliqua ſolatia īuenire ægro aīo poſſem?
Cogor ueſtrā oīum uicem: quod difficillimū in luctu eſt: unus cōſolari: & ne tum ꝗdem: ubi quonāmo
Martii
do has reliquias duoꝝ exercituū patriæ cōſeruare poſſim: cogitandū eſt: auertere aīum ab aſſiduo mœro
oratio ad
re libet: præſto eſt enim acerba memoria: & Scipiones me ambo dies nocteſq; curis inſomniiſq; agitant:
ſuos
& excitant ſæpe ſomno: neu ſe: neu inuictos ꝑ octo annos in iis terris milites ſuos: cōmilitones ueſtros:
neu rēpublicam patiar inultam: & ſuam diſciplinā: ſuaq; inſtituta ſequi iubent. Et ut imperiis uiuoꝝ ne
mo obedientior me uno fuerit: ita poſt morte ſuam: quod ꝗdem in quaq; re facturos illos fuiſſe maxīe
cenſeam: id optimū ducere: uos quoq; uelim milites nō lamētis lachrymiſq; tanquā extinctos proſequi.
Viuunt enim uigentq; fama reꝝ geſtaꝝ. Sed quotienſcūq; occurrit memoria illoꝝ: uelut ſi adhortantes:
ſignūq; dantes uideatis eos: ita ꝓlia inite: nec alia ꝓfecto ſpecies heſterno die oculis animiſq; ueſtris obla
ta memorabile illud ædidit ꝓlium: quo documentū dediſtis hoſtibus: non cum Scipionibus extinctum
eſſe nomē romanū: & cuius populi uis atq; uirtus non obruta ſit cannēſi clade: ex omni ꝓfecto ſæuitia
fortunæ emerſuram eſſe. Nunc ꝗ tantum auſi eſtis ſponte ueſtra experiri libet ꝗ̄tum audeatis duce ueſtro
auctore. Nō enim heſterno die cum ſignū receptui dedi ſequētibus effuſe uobis turbatū hoſtem: frangere
audaciam ueſtrā: ſed differre in maiorem gloriam: atq; opportunitatē uolui: ut poſtmodum ꝑparati in-
cautos: armati inermes: atq; ēt ſopitos ꝑ occaſionē aggredi poſſetis. Nec huius occaſionis ſpē milites for
te temere ſed ex re ipſa cōceptā habeo. A uobis quoq; profecto ſiquis ꝗ̄rat: quonāmodo pauci a multis
uicti a uictoribus caſtra tutati ſitis: nihil aliud reſpondeatis: quā idipſum timētes uos oīa: & opibus fir-
mata habuiſſe ipſos paratos inſtructoſq; fuiſſe: & ita res habet ad id: quod: ne timeāt fortuna facit: mini
metuti ſunt hoīes. quia quod neglexeris incautū: atq; aptum habeas. Nihil oīum nunc metuunt minus
hoſtes: ꝗ̄ ne obſeſſi modo ipſi: atq; oppugnati caſtra ſua ultro oppugnemus. Audeamus: quod credi nō
poteſt auſuros nos: eo ipſo: quod difficilimū uidetur: facilimū erit. Tertia uigilia noctis ſilenti agmīe du
cam uos: exploratum habeo: non uigiliaꝝ ordinem: non ſtationes iuſtas: eſſe clamor in portis auditus:
primus impetus caſtra ceperit: tum inter tot torpidos ſomno pauentiſq; ad nec opinatum tumultum: &
Modus
inermes in cubilibus ſuis oppreſſos illa cædes edatur: a qua uos heſterno die reuocatos ægre ferebatis.
agendi
Scio audax uideri conſilium: ſed in rebus aſperis: & tenuibus perfortiſſima quæq; cōſilia tutiſſima ſunt:
quia ſi in occaſionis momento: cuius præteruolat opportunitas: cūctatus paulum fueris: ne quicꝗ̄ mox
omiſſam queraris. Vnus exercitus in propinquo eſt: duo haud procul abſunt: nunc aggredientibus par
aliqua opportunitas eſt: & iam temptaſtis ueſtras: atq; illorum uires. Si diem proferimus: & heſternæ
eruptionis fama contenti deſierimus: periculum eſt ne omnes duces omneſq; copiæ conueniant. Tres de-
inde duces: tres exercitus ſuſtinebimus hoſtium: quos. Gn. Scipio incolumi exercitu non ſuſtinuit? ut
diuidendo copias periere duces noſtri: ita ſeparati: ac diuiſi opprimi poſſunt hoſtes. Alia belli gerendi
uia nulla: eſt proinde nihil præter noctis proxime opportunitatem expectemus. Ite diis bene iuuanti-
bus corpora curare: ut integri uigenteſq; eodem animo in caſtra hoſtium irrumpatis: quo ueſtra tutati
eſtis. Læti & audiere ab nouo duce nouum conſilium: & quo audacius erat: magis placebat. Reliquum
diei expediendis armis: & curatione corporum cōſumptum: & maior pars noctis quieti data eſt. quarta
uigilia mouere. Erant ultra ꝓxima caſtra ſex millium interuallo diſtantes aliæ copiæ pœnarum uallis
caua intererat condenſa arboribus. In huius ſiluæ medio ferme ſtadio cohors romana arte punica abdi-
Romāo-
tur & equites. Ita medio itinere intercepto: ceteræ copiæ ſilenti agmine ad proximos hoſtes ductæ. Et
rum inſi-
cum ſtatio nulla pro protis: neq; in uallo cuſtodiæ eſſent: uelut in ſua caſtra ullo uſꝗ̄ obſiſtente penetra-
diæ
uere. Inde ſigna canunt: & tollitur clamor: pars ſemiſopitos hoſtes cædunt: pars ignis eſcas ſtramento ari
do tectis iniiciunt: pars portas occupant: ut fuga intercludatur: hoſtis ſimul ignis: clamor: cædes uelut
alienatos ſenſibus nec audire nec prouidere quicꝗ̄ ſinunt. Incidunt inermes inter cateruas arma torum.
Alii ruunt ad portas. Alii obſeptis itineribus ſuper uallum ſaliunt. Et ut quiſq; euaſerat: protinus ad ca-
ſtra altera fugiunt: ubi a cohorte & equitibus ex occulto ꝓruentibus circumuenti cæſiq; ad unum omnes
ſunt: quis ēt ſi quis ex ea cæde effugiſſet: adeo raptim captis propioribus caſtris in altera tranſcurſum ca-
ſtra a romanis eſt: ut peruenire nuncius cladis non poſſet: Ibi uero: quo longius ab hoſte aberāt: & quia
ſub luce publica pabulatum: lignatum: & prædatum: quidā dilapſi fuerāt: neglecta magis oīa: ac ſoluta
inuenere. Arma tantū poſita in ſtationibꝰ: milites inermes: aut humi ſedentes: accubanteſq;: aut obābulā-

tes ante uallum portaſq;. Cum his tam ſecuris ſolutiſq; romani calentes adhuc ab recēti pugna uictoriaq;
feroces præliū ineunt. Itaq; nequaquā in portis potuit reſiſti. Inter portas cōcurſu ex caſtris ad primum
clamorem: & tumultu facto: atrox ꝓlium oritur. Diuq; tenuiſſent: ni cruenta ſcuta romanoꝝ uiſa indi-
cium alterius cladis pœnis: atq; inde pauorem inieciſſent. Hic terror in fugam uertit omnes: effuſiq;: qua
iter eſt: niſi quos cædes oppreſſit: exuunt caſtris: atq; ita nocte ac die bina caſtra hoſtium oppugnata du-

Septē & triginta millia hoſtiū cæſa

ctu. L. Martii: ad trigintaſeptēmillia hoſtium cæſa: auctor eſt Claudius: q annales acilianos ex græco in
latinū ſermonem uertit. Captos ad mille octingentos triginta: prædam ingentem partam: nec abfuiſſe cly-
peum argenteum pōdo centū trigin‑a octo cum imagine Barchini Aſdrubalis. Valerius Antias una ca-
ſtra. Magonis capta tradit. Septēmillia cæſa hoſtium: altero ꝓlio eruptione pugnatum cum Aſdrubale.
Decēmillia occiſa quattuormillia trecētos triginta captos. Piſo qnquemillia hoſum: cum Mago cedētes

De Martii flāma uide Plynium

noſtros effuſe ſequeret̄: cæſa ex inſidiis ſcribit. Apud oēs magnū nomē Martii ducis eſt: & ueræ gloriæ
eius ēt miracula addunt: flāma ei concionāti fuſam e capite ſine eius ſenſu cum magno pauore circūſtan-
tium militum. Monumentūq; uictoriæ eius de pœnis uſq; ad incenſum Capitoliū fuiſſe: in templo cly-
peum Martiū appellatum cū imagine Aſdrubalis. Quietæ deinde aliquādiu res in Hiſpania fuere: utriſq;
poſt tanta acceptas inuicē illataſq; clades cūctantibus periculum ſummæ reꝝ facere. Dum hæc in Hiſpa-
nia geruntur: Marcellus captis Syracuſis: cum cætera in Sicilia tanta fide atq; integritate compoſuiſſet: ut

Initium græcas artes mirandi

non modo ibi ſuā gloriam: ſed etiam maieſtatē Po. Ro. augeret: ornamēta: ſigna urbis: tabulaſq;: quibus
abundabant Syracuſæ: Romā deuexit. Hoſtium qdem illa ſpolia & parta belli iure: Cæteꝝ inde primū
initium mirandi græcaꝝ artium opera: licentiæq; hinc ſacra ꝓfanaq; oīa uulgo ſpoliandi factum eſt: q̄
poſtremo in romanos deos templum idipſum: primū quod a Marcello eximie ornatum eſt uertit. Viſe-
bantur enim ab externis ad portā Capenam dedicata a Marcello templa ꝓpter excellentia eius generis or
namenta: quoꝝ perexigua pars comparet. Legationes ferme oīum ciuitatū Siciliæ ad eum conueniebāt:
diſpar: ut cā eaꝝ: ita concio erat. Qui ante captas Syracuſas aut non deſciuerant: aut redierant in amicitiā:

Vide ne libyphœnicis generis

ut ſocii fideles accepti cultiq;. Quos metus poſt captas Syracuſas dediderat: ut uicti a uictore leges accepe
runt. Erant tamē haud paruæ reliquiæ belli circa Agrigentum romanis Epicides & Hāno duces reliqui
prioris belli: & tertius nouus ab Annibale in locū Hippocratis miſſus: Libyphœnicis generis Hippona
tis: Mutinē populares uocabant: uir impiger: & ſub Annibale magiſtro oīum belli artem edoctus Huic
ab Epicide & Hānone Numidæ dati auxiliares: cum quibus ita ꝑuagatus eſt hoſtium agros: ita ſocios

Hipponatis ſit legēdū

ad retinendū in fide aīos coꝝ: ferendumq; in tempore cuiq; auxiliū adiit: ut breui tpe totam Siciliā im-
pleret nominis ſui: nec ſpes maior alia apud fauentes rebus carthaginēſium eſſet. Itaq; incluſi ad tempus
mœnibus Agrigenti dux pœnus: ſyracuſanuſq; non tam conſilio mutinis: quā fiducia magis auſi egredi
extra muros ad Himerā amnē poſuerunt caſtra: quod ubi ad Marcellum ꝑlatum eſt: extēplo copias mo
uit: & ab hoſte quattuor ferme millium interuallo conſedit. Quid agerent pararētue expectaturus. Sed
nullum neq; locū: neq; tempus cunctatiōi conſilioue dedit Mutines tranſgreſſus amnem: ac ſtationibus
hoſtium cū ingenti terrore atq; tumultu inuectus. Poſtero die ꝓpe iuſto ꝓlio cōpulit hoſtem intra muni-

Defectio numidarum

menta inde reuocatus: ſeditione numidaꝝ in caſtris facta: cū trecēti ferme coꝝ Heracleam Minoiam con
ceſſiſſent ad mitigandos reuocandoſq; eos ꝓfectus: magnopere monuiſſe duces dicitur ne abſente ſe cum
hoſte manus cōſererent. Id ambo ægre paſſi duces: magis Hanno: iam anxius gloriæ eius. Mutinē mo-
dum ſibi facere: degenerē afrum imperatori carthaginenſi: miſſo abſenatu populoq;. Is perpulit cunctan
tem Epicidem: ut tranſgreſſi flumē in aciem exirent. Nam ſi Mutinē opperirentur: & ſecūdæ pugnæ for
tuna eueniſſet: haud dubie Mutinis gloriam fore. Enimuero indignū ratus Marcellus ſequi Annibalem
ſubnixum uictoria cannenſi ab nola reppuliſſet: his terra mariq; uictis a ſe hoſtibus cedere: arma prope-
re capere milites: & efferri ſigna iubet. Inſtruentem exercitū: decem effuſis equis aduolant ex hoſtium ag-
mine Numidæ: nunciantes populares ſuos primū ea ſeditione motos: qua trecenti ex numero ſuo conceſ
ſerint. Heracleam. Deinde quod præfectum ſuum obtrectantibus ducibus gloriæ eius ſub ipſam certami
nis diem ablegatum uideant quieturos in pugna. Gens fallax promiſſi fidem præſtitit. Itaq; & romanis
creuit animus: nuncio celeri per ordinem miſſo: deſtitutum ab equite hoſtem eſſe: quem maxime timue-
rant: & territi hoſtes: præterq̄ quod: quia maxima parte uirium ſuaꝝ non iuuabantur: timore etiam in
cuſſo: ne ab ſuo ipſi equite oppugnarentur. Itaq; haud magna uis certaminis fuit. Primus clamor: atq;
impetus rem decreuit. Numidæ cum in concurſu quieti ſtetiſſent in cornibus: ut terga dantes ſuos uide-
runt: fugæ tantum parumper comites facti: poſteaq̄ omnes Agrigentum trepido agmine petentes uide-
runt: ipſi metu obſidionis paſſim in ciuitates proximas dilapſi. Multa millia hominum cæſa captaq;:
&. viii. elephanti. Hæc ultima in Sicilia Marcelli pugna fuit. Victor inde Syracuſas rediit. Iam ferme in
exitu annus erat. Itaq; ſenatus decreuit Romæ: ut. P. Cornelius prætor litteras Capuam ad conſules mit
teret: dum Annibal procul abeſſet: nec ulla magni diſcriminis res ad Capuam gereretur: alter eorū: ſi ita
uideretur: ad magiſtratus ſubrogandos Romam ueniret. Litteris acceptis inter ſe conſules compararunt:
ut Claudius Comitia perficeret. Fuluius ad Capuam ueniret: ibiq; maneret. Conſules Claudius creauit.

Gn. Fuluius. P. Sulpiciuſ con.

Gn. Fuluium Centumalum: &. P. Sulpicium Seruilium. Quinti filium Galbam: qui nullum antea cu
rulem magiſtratum geſſiſſet: prætores deinde creati Lentulus Cornelius Cethegus. C. Sulpitius Piſo. Pi-
ſoni iuriſditio urbana. Sulpitio Sicilia Cethego Appulia. Lentulo Sardinia euenit Conſulibus proroga
tum in annum imperium eſt.

# TITI LIVII PATAVINI HISTORICI DE SECVNDO BELLO PVNI. LIBER SEXTVS.

CN. FVLVIVS Centimalus. P. Sulpitius Galba cõſul es cũ idibus martiis magiſtratuum iniſſent: ſenatu in Capitolium uocato de rep. de adminiſtratiõe belli de ꝓuinciis exercitibuſq; patres cõſuluerũt. Fuluio Appio Claudio prioris anni cõſulibus ꝓrogatum imperium eſt: atq; exercitus: quos habebãt: decreti: adiectũq;: ne a Capua quã obſidebant: abſcederent: priuſq̃ oppugnaſſent eam. Tum cura maxima intentos habebat romanos: non ob iram tantũ: quæ in nullã unq̃ ciuitatem iuſtior fuit: quã quod urbs tam nobilis ac potens: ſicut defectione ſua traxerat aliquot populos: ita recepta ĩclinatura rurſus aĩos uidebatur ad ueteris imperii reſpectum. Et prioris anni ꝑtoribus. M. Iunio Ethruria. P. Sempronio Gallia cum binis legionibus: quas habuerant: ꝓrogatum eſt imperium: ꝓrogatum &. M. Marcello: ut proconſul in Sicilia reliquias belli perficeret. Eo exercitu: quem haberet ſi ſupplemento opus eſſet: ſuppleret de legionibus: quibus. P. Cornelius proprætor in Sicilia præeſſet: dum ne quem militem legeret: ex eo numero: quibus ſenatum miſſionem reditumq; in patriam negaſſet ante belli finem. C. Pupio: cui Sicilia euenerat: duæ legiones: quas. P. Cornelius habuiſſet: decretæ: & ſupplementum de exercitu. Gn. Fuluii qui priore anno in Appulia fœde cæſus: fugatuſq; erat. Huic generi militum Senatus eundẽ: quẽ cannenſibus finem ſtatuerat militiæ. Additum etiam utrorũq; ignominiæ eſt: ne in oppidis hybernarẽt: neue hyberna propius ullam urbem decẽ millibus paſſuum ædificarent. L. Cornelio in Sardinia duæ legiones datæ: quibus Minutius ꝑfuerat: ſupplementum: ſi opus eſſet: conſules ſcribere iuſſi. Octacilio & M. Valerio Siciliæ Græciæq; ora cum legionibus claſſibuſq;: quibus præerant: decretæ. Quinquaginta græci cum legione una: centum ſiculi cum legionibus habebant naues: tribus & triginta legionibus romanis eo anno terra mariq; bellum geſtum eſt. Principio eius anni: cum de litteris. L. Martii referretur: res geſtæ magnificæ ſenatui uiſæ. Titulus: quod imperio non populi iuſſu: non ex auctoritate patrum dato proprætor ſenatui ſcripſerat: magnam partem hominum offendebat. Rem mali exempli eſſe: imperatores legi ab exercitibus: & ſolẽne auſpicatorum comitiorum in caſtra & prouincias: procul ab legib⁹ magiſtratibuſq; ad militarem temeritatem transferri: & cum quidam ad ſenatum referendum cenſerent: melius uiſum differri eam conſultationem: donec ꝓficiſcerentur equites: qui ab Martio litteras attulerãt. Reſcribi de frumento: & ueſtimentis exercitus placuit: utrãq; rem eam curæ fore ſenatui. Aſcribi autem proprætori. L. Martio non placuit: ne idipſum: quod conſultationi reliquerant: pro præiudicato ferrẽt. Dimiſſis equitibus de nulla re prius conſules rettulerunt: omnium in unum ſententiæ congruebant agẽdum cum tribunis plebis eſſe: primo quoq; tempore ad plebem ferrent: quem cum imperio mitti placeret in Hiſpaniam ad eum exercitum: cui. Gn. Scipio imperator præfuiſſet. Ea res cum tribunis acta promulgataq; eſt: ſed aliud certamẽ occupauerat animos. C. Sempronius Pleſus die dicta. Gn. Fuluium ob exercitum in Appulia amiſſum in concionibus uexabat: multa imperatoris temeritate: atq; inſcitia exercitum in locum præcipitem perduxiſſe dictitans. Neminem præter. Gn. Fuluium ante corrupiſſe omnibus uitiis legiones ſuas: q̃ ꝓderet. Itaq; uere dici poſſe: prius eos periſſe: q̃ uiderent hoſtem: nec ab Annibale: ſed ab imperatore ſuo uictos eſſe neminẽ cum ſuffragium ineat: ſatis cernere: cui imperium: cui exercitum ꝑmittat. Quid ĩterfuiſſe inter. T. Sempronium: cum ei ſeruoꝝ exercitus datus eſſet: breui effeciſſe diſciplina atq; impio: ut nemo eoꝝ generis: aut ſanguinis ſui memor eẽt: in acie præſidio ſociis: hoſtibus terrori eſſent. Cum ad Beneuẽtum aliaſq; urbes: eos uelut e faucibus Annibalis ereptos populo romano reſtituiſſet. C. Fuluium. Quintium romanorum exercitum: honeſte genitos: liberaliter educatos ſeruilibus uitiis imbuiſſe. Ergo effeciſſe: ut & feroces & inq̃eti inter ſocios: ignaui & ĩbelles inter hoſtes eſſent: nec impetum modo pœnoꝝ: ſed ne clamorem q̃dẽ ſuſtinere poſſent. Nec hercule miꝝ eſſe milites ĩ acie nõ ſtetiſſe: cũ primus oĩum impator fugeret: magis mirari ſe aliquos ſtantes cecidiſſe: & nõ omnes comites. Gn. Fuluii fuiſſe pauoris ac fugæ. C. Flaminium. L. Paulũ. L. Poſthumiũ. Gn. Appium. Scipiones cadere in acie maluiſſe: q̃ deſerere circũuentos hoſtibus ſuos exercitus. Gn. Fuluiũ ꝓpe unũ nunciũ deleti exercitus Romã rediſſe: facinus indignũ eſſe cãnenſem exercitum: quod ex acie fugerit: in Siciliã deportatum: ne prius inde dimittat̃: q̃ hoſtis ex Italia diſceſſerit: & hoc idem in. Gn. Fuluii legiõibus nup decretum. Gn. Fuluii fugam ex prælio ipſius temeritate cõmiſſo impunitam eſſe: & eã in genea luſtriſq;: ubi iuuentã egerit: ſenectutẽ actuꝝ: milites: q nihil aliud peccauerint: q̃ quod impatoris ſimiles fuerint: relegatos ꝓpe in exilium ignominioſam pati militiã. Adeo imparẽ libertatẽ Romæ diti ac pauperi: honorato atq; inhonorato eſſe. Reus ab ſe culpã in militẽ trãſferebat: eos ferociter pugnã poſcẽtes ꝓductos in aciẽ: nõ eo quo uoluerĩ: quia ſerum diei fuerit: ſed poſtero die: & tpe & loco æque inſtructo: ſeu famã ſeu uim hoſtium nõ ſuſtinuiſſe: cũ effuſe oẽs fugerent: ſe quoq; turba ablatũ: ut Varronẽ cãnenſi pugna ut multos alios impatores. Quid aũt ſolũ ſe reſtãtem ꝓdeſſe reip. potuiſſe: niſi ſi mors ſua remedio publicis cladibus futura eſſe potuiſſet: nõ ſe inopia cõmeatus: nõ in loca iniqua incaute deductum nõ agmine inexplorato eũtẽ inſidiis circunuentum ui aperta armis acie uictum: nec ſuoꝝ animos: nec hoſtium in poteſtatem habuiſſe ſuum cuiq; ingenium: audaciam: aut pauorem facere. Bis eſt accuſatus: pecuniaq; anquiſitum. Tertio teſtibus datis: cum præterq̃: quod omnibus probris onerabatur: iurati permulti dicerent fugæ pauoriſq; initium a prætore ortum: ab eo deſertos milites: cum ad uanum timorem cede-

Quæ quibus ꝓuinciæ decætæ

Att. ro. legionũ numerũ

Gn. Fuluio dies dicta

Impatores qui in acie Rierunt

rent:terga dediſſe. Tanta ira accenſa eſt:ut id capite anquirēdum cōcio ſucclamaret. De eo quoq; nouū
certamē ortum. Nam cum bis pecunia anquiſiſſet:tertio capitis ſe anqrere diceret. Tribuni plebis appel-
lati:cū lege negarūt ſe in mora eſſe quominus:quod ei more maioꝝ ꝑmiſſum eſſet:ſeu legibus:ſeu mori
bus mallet:anquireret:quo ad uel capitis:uel pecuniæ iudicaſſet priuato. Tum Sēpronius ꝑduellionis
Gn. Fulius Tarquinios in exilium abiit — ſe iudicare. Gn. Fuluio dixit:dieq; comitiis a. C. Calphurnio prætore urbis petit. Inde alia ſpes ab eo tē-
ptata eſt:ſi adeſſe iudicio. Qu. Fuluius frater poſſet:florēs tum & fama reꝝ geſtaꝝ:& ꝓpinqua ſpe potiū
dæ Capuæ. Id cum ꝑ lr̄as miſerabiliter pro fratris capite ſcriptas petiſſet Fuluius:negaſſentq; patres e re-
publica eē abſcedi a Capua:priuſq̄ dies comitioꝝ aderat. C. Fuluius exulatū Tarqnios abiit. Id ei iuſtū
exilium eſſe:ſciuit plebs. Inter hæc uis oīs belli uerſa in Capuā:obſidebat̄ tamen acrius:q̄ oppugnabat̄:
nec aut famē tolerare ſeruitia:ac plebes poterant:aut mittere nuncios an Annibalē ꝑ cuſtodias armatas.
Iuuētus eſt aūt qdam numida:q acceptis litteris:euaſuꝝ ſe ꝓfeſſus ut ꝓmiſſum præſtaret:ꝑ media roma
na caſtra nocte egreſſus:ſpem accēdit campanis:dum aliqd uiriū ſupereſſet ab omni parte eruptionē tē-
ptādi. Cæteꝝ in multis certaminibus equeſtra ꝓlia ferme ꝓſpera faciebant:ſupabātur pedites:ſed nequaq̄
tam lætum uincere:quā triſte uinci ulla parte erat ab obſeſſo:& prope expugnato hoſte. Inita tandem rō
eſt:ut quod uiribus deerat:arte equaret̄. Eo oībus legionibus electi ſunt iuuenes maxime uigore ac leui-
tate corpoꝝ ueloces. Eis parmæ breuiores:quā equeſtres:& ſeptena iacula quaternos longa pedes data ꝓ
fixa ferro:quale haſtis uelitaribus ineſt. Et eos ſingulos in equis ſuis accipientes eqtes aſſuefecerunt:& ue
hi poſt ſeſe & deſilire ꝑniciter:ubi datū ſignum eſſet. Poſteaq̄ aſſuetudine quottidiana ſatis intrepide ē ui-
ſum fieri:in campū q medius inter caſtra:murūq; erat:aduerſus inſtructos campanoꝝ equites ꝓceſſerūt:
& ubi ad cōiectum tæli uentum eſt:ſigno dato:uelites deſiliūt:pedeſtris inde acies ex equitatu repēte ī ho-
ſtium equites incurrit:iaculaq; cū impetu alia ſup alia emittunt. Quibus plurimis in equos uiroſq; paſ-
Velites ubi primum inſtituti Q. Nauius — ſim cōiectis ꝑmultos uulnerauerunt pauoris tamē plus in re noua quā inopinata iniectum eſt:& in per-
culſum hoſtem eqtes īuecti fugam ſtrageq; eoꝝ uſq; ad portas fecerūt. Inde equitatu quoq; romana acies
ſuperior fuit. Inſtitutū ut uelites in legionib9 eſſent:auctorē peditum equiti īmiſcendoꝝ centurionē. Qu.
Nauiū tradunt:honoriq; id ei apud imperatorē fuiſſe. Cum in hoc ſtatu ad Capuā res eſſent. Annibalē ī
aduerſum tarentinæ arcis potiundæ. Capuæq; retinēdæ trahebāt curæ. Vicit tamen reſpectus Capuæ in
quā oīum ſocioꝝ hoſtiūq; cōuerſos uidebat aīos documēto futuræ:qualēcūq; euentum defectio ab ro-
manis habuiſſet. Igitur magna parte impedimentoꝝ relicta in brutiis:& omni grauiore armatura:cum
delectis exercitibus peditū equitūq;:quā poterat aptiſſimis ad maturandū in Campaniā contendit:ſecuti
tamē tam raptim euntē tres &. xxx. elephanti:in ualle occulta poſt Tifata montē īminētem Capuæ con-
ſedit. Adueniēs:cum caſtellū Galatiā ꝑſidio inde ui pulſo cepiſſet:in circūſedētis Capuā cōuertit ſe ꝑmiſ-
ſis nāq; nunciis Capuā:quo tp̄e caſtra romana aggreſſurus eſſet:ut eodē:& illi ad eruptionē parati por-
tis oībus ſeſe effunderent:ingentē ꝓbuit terrorē:nam alia parte ipſe adortus eſt:alia Campani oēs pedites
Atr̄. ancipitem pugnam ad Capuam — equiteſq; cum iis punicū ꝑſidium:cui Boſtar & Hāno ꝑerant:erupit. Romani ut in re trepida:ne ad unā
cōcurrendo partē aliqd indefenſi relinquerent:ita inter ſe copias partiti ſunt. Appius Claudius cāpanis:
Fuluius Annibali eſt oppoſitus. C. Nero ꝓprætor cum eqtibus ſextæ legionis uia:qua Sueſſulā fert. C.
Fuluius flaccus legatus cū ſociali equitatu cōſtitit e regione Vulturni amnis. Prælīū nō ſolito mō clamo
re ac tumultu eſt cœptū ſed ad alium uiroꝝ equoꝝ armorūq; ſonū diſpoſita in muris cāpanoꝝ imbellis
multitudo tantū cū æris crepitu:qualis in defectu lunæ ſilenti nocte fieri ſolet:ædidit clamorē:ut auerte-
ret ēt pugnantiā aīos:cāpanos facile in ualle Appius arcebat. Maior uis ab altera parte. Fuluiū Annibal
Atr̄. ſtrepitū & tinitū campanorū — & pœni urgebāt:legio ibi ſexta loco ceſſit. Qua pulſa cohors hiſpanoꝝ cū trib9 elephātis uſq; ad uallū
ꝑuaſit:rupatq; mediā aciē romanoꝝ:& in ancipiti ſpe ac ꝑiculo erat:utrū in caſtra ꝑrūperet:an include-
retur a ſuis. Quē pauorē legionis ꝑiculūq; caſtroꝝ Fuluius ubi uidit. Qu. Nauiū primoreſq; alios cētu-
rionū hortat̄ ut cohortē hoſtiū ſub uallo pugnantē inuadāt ac trucidēt. In ſūmo diſcrimīe rem ueri:aut
uiam dandā iis eſſe & minore conatu:quā cōdenſam aciē irrupiſſent:in caſtra irrupturos:aut cōficiēdos
ſub uallo eſſe:nec magni certaminis fore rem paucos eſſe & a ſuis īterclūſos:& q̄ dum paucat:romanis in-
terrupta acies uideat̄:ēt ſi ſe utrūq; in hoſtē uertat:ancipiti pugna medios circūuenturā. Nauius:ubi hæc
imperatoris dicta accepit:ſecūdi haſtati ſignū adēptū ſignifero in hoſtes infert iactuꝝ in medios eos mini
tans niſi ꝓpere ſequant̄ milites:& partem capeſſant pugnæ. Ingens corpus erat. & arma honeſtabant:&
ſublatum ante ſignū cōuerterat ad ſpectaculū ciues hoſteſq;. Cæteꝝ poſteaq̄ iam ad id ſignū ꝑuenerat hi-
ſpanoꝝ:tum undiq; in eū tragulæ cōiectæ:& ꝓpe in eum unū tota acies uerſa. Sed neq; hoſtium multitu
Atrox certamen circa Capuā — do:neq; tæloꝝ uis arcere īpetum eius uiri potuit:&. M. Attilius legatus primi principis ex eadem legio-
ne ſignum inſerri in cohortē hiſpanoꝝ coegit. Et q caſtris ꝑerant. L. Pontius Licinius:&. T. Popilius le-
gatus:pro uallo acriter ꝓpugnabant:elephātoſq; trāſgrediētes in ipſa ualle cōficiūt. Quoꝝ cum corpib9
oppleta eſſet foſſa uelut aggere:aut pōte iniecto tranſitū hoſtibus dedit:ibi ꝑ ſtragem iacentium elephāto
rum atrox ædita cædes: Altera in parte caſtroꝝ iam pulſi erant campani:punicūq; ꝓſidiū & ſub ipſa por
ta Capuæ:q̄ Vulturnū fert:pugnabat̄:neq; tam armati irrūpentibus romanis reſiſtebant:quā quod por
ta baliſtis ſcorpionibuſq; inſtructa miſſilibus ꝓcul hoſtes arcebat:& ſuppſſit impetū romanorum uuln9
Atr̄. hoſtiū cæde — impatoris Apii Claudii:cui ſuos ante prima ſigna adhortāti ſub leuo humero ſummū pectus geſſa ictū
eſt. Magna tamē uis hoſtiū ante portā eſt cæſa. Cæteri trepidi in urbem cōpulſi:& Annibal poſteaquam
cohortis hiſpanoꝝ ſtragē uidit:ſummaq; ui caſtra hoſtium defendi:omiſſa oppugnatione canere ſignaꝝ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

& conuertere agmina peditum: obiecto a tergo eq̄tatu: ne hoſtis inſtaret: cœpit: legionum ardor ĩgens ad
hoſtem inſequẽdũ fuit. Sed Flaccus receptui cani iuſſit ſatis ad utrũq; ꝑfectum ratus: ut & campani: quã
haud multũ in Annibalẽ ꝓſidii eſſet: & ipſe Annibal ſentiret. Cæſa eo die: q̄ huius pugnæ auctores ſunt:
octo milia hoĩum de Annibalis exercitu: tria ex cãpanis tradũt: ſignaq; carthagineſibus quindecim adem
pta: duo deuiginti cãpanis: apud alios nequaquã tantã molem pugnæ inuenio pluſq; pauoris: quã certa
minis fui e: cum inopinato in caſtra romana numidæ hiſpaniq; cũ elephãtis irrupiſſent: elephãti ꝑ me-
dia caſtra uadentes ſtragem tabernaculoꝝ ingenti ſonitu ac fuga abrũpentiũ uincula iumentoꝝ facerent.
Fraudem quoq; ſuꝑ tumultũ adiectã ĩmiſſis: ab Annibale q̄ habuit aliquem gnaꝝ latinæ linguæ: q̄ iu-
berent cõſulum uerbis quoniã amiſſa caſtra eſſent: ꝓ ſe quemq; militum in ꝓximos mõtes fugere. ſed ea
celeriter cognita fraus: oppreſſaq; magna cæde hoſtium eſt. Elephãtos igni e caſtris exactos: hoc ultimũ:
utriq; initiũ finitũq; eſt: ante deditionẽ Capuæ ꝓlium. Mediatutitus q̄ ſummus magiſtratus apud cãpa-
nos eſt: eo ãno Seppius Leſius erat loco obſcuro tenuiq; fortuna ortus: matrẽ eius quõdã pro pupillo eo
ꝓcurãtem familiare oſtentum cũ reſpõdiſſet aruſpex ſummũ quod eſſe imperium Capuæ ꝑuentuꝝ ad eũ
pueꝝ: nihil ad eã ſpem agnoſcentẽ dixiſſe ferunt: næ tu ꝑdicas ꝑditas res cãpanoꝝ: ubi ſũmus honos ad
filium meũ ꝑueniet. Ea ludificatio ueri & ipſa in ueꝝ uertit. Nã cum fame ferroq; urgerent: nec ſpes ulla
ſupeſſet ſiſti in ſpem honoꝝ: erant honores detrectãtib⁹ Læſius quærendo deſertã ac ꝑditã a primoribus
Capuã ſummũ magiſtratuũ ultimus oĩum cãpanoꝝ cœpit. Cæteꝝ Annibal ut nec hoſtes elici amplius
ad pugnã uidit nec ꝑ caſtra eoꝝ ꝑrumpi ad Capuã poſſe: ne ſuos quoq; cõmeatus intercluderent noui cõ
ſules: abſcedere irrito incœpto: & mouere a Capua ſtatuit caſtra. Multa ſecũ: quo iam ire ꝑgeret: inde uolẽ
ti ſubiit aĩum impetus: caput ipſum belli Romã petendi. Cuius rei ſemꝑ cupitæ ꝓtermiſſam occaſionem
poſt cãnenſem pugnã & alii uulgo fremebãt: & ipſe nõ diſſimulabat: nec opinato pauore ac tumultu nõ
eſſe deſperandum aliquã partem urbis occupari poſſe. Si Roma in diſcrimine eſſet. Capuã extemplo miſ
ſuros: aut ambos imꝑatores romanos: aut alteꝝ ex iis. Qui ſi diuiſiſſent copias utrũq; infirmiorẽ factũ Præceps
aut ſibi: aut campanis benegerendæ rei fortunã daturos eſſe. Vna ea cura ãgebat: ne ubi abſceſſiſſet: extem Anniba
plo dederent campani. Numidam promptum ad omnia audenda donis ꝑlicit: ut: litteris acceptis: ſpecie lis cõſiliũ
tranſfugæ caſtra romana ĩgreſſus altera parte Capuam clam peruadat. Litteræ autem erant adhortatione
plenæ: ꝑfectionem ſuã: quæ ſalutaris illis foret: abſtracturam ad defendendã Romã ab oppugnanda Ca
pua duces: atq; exercitus romanos: ne deponerent animos tolerando paucos dies totam ſoluturos obſi-
dionem. Inde naues in flumine uulturno compræhenſas duci glaudio: quod iam ante ꝓſidii cauſa fece-
rat caſtellum: iuſſit: quarum ubi tantam copiam eſſe: ut una nocte exercitus traiici poſſet: allatum eſt ci-
bariis decem dierum præparatis deductas nocte ad fluuium legiones ante lucem traiecit. Id priuſq̄ fieret Variæ
ita futurum compertum ex tranſfugis Fuluius Flaccus ſenatui Romam cum ſcripſiſſet: uarie hominum ſniæ
animi pro cuiuſq; ingenio affecti ſunt: ut in re tam trepida: ſenatu extemplo uocato. Pu. Cornelius: cui
Aſinæ cognomen erat exercitus omneſq; duces ex tota Italia: neq; Capuæ: neq; ullius alterius rei memor
ad urbis ꝓſidium reuocabat: Fabius Maxim⁹ abſcedi a Capua terreriq; & circũagi ad nutus: commina-
tioneſq; Annibalis flagitioſum ducebat. Qui ad Cannas uictor: ire tamen ad urbem auſus non eſſet: cum
a Capua repulſum ſpem potiundæ urbis cepiſſe Romæ: Non ad Romam obſidendam: ſed ad Capuæ
liberãdam obſidionem ire Romã cum eo exercitu: q̄ ad urbem eſſet: Iouem fœdeꝝ ruptoꝝ ab Annibale
teſtem: deoſq; alios defenſuros eſſe. Has diuerſas ſñias media ſñia. P. Valerii Flacci uicit. Qui utriuſq; rei
memor imꝑatoribus: q̄ ad Capuam eſſent: ſcribendum cẽſuit. Quid ad urbem ꝓſidii eſſet: q̄tas Annibal
copias duceret: aut q̄to exercitu ad Capuam obſidendã opus eſſet: ipſos ſcire: ſi & Romã e ducibus alter
& exercitus pars mitti poſſet: ut ab reliquo: & duce: & exercitu Capua recte obſideret: inter ſe cõputarẽt
Claudius Fuluiſq;: utri obſidenda Capua utri ad ꝓhibendam obſidione patriã Romã ueniẽdum eſſet.
Hoc ſenatuſcõſulto Capuã ꝑlato. Qu. Fuluius ꝓcõſul: cui collegæ ex uulnere egrediendum Romã erat: e
tribus exercitib⁹: milite electo ad. xv. millia peditum: mille eq̄tes Vulturnũ traducit. Inde cum Annibalẽ Vide ne
latina uia ituꝝ ſatis comperiſſet: ipſe ꝑ Appiæ municipia: quæq; ꝓpter eam uiã ſunt: Sedicam orã Laui ſecundũ
num ꝓmiſit: ut cõmeatus paratos & in urbibus haberent: & ex agris de uiis in uiam ꝓferrent: ꝓſidiaq; ĩ oram ſit
urbes cõtraherent: ut ſua cuiq; reſp. in manu eſſet. Annibal: quo die Vulturnũ eſt trãſgreſſus: haud pro- legendũ
cul a flumĩe caſtra poſuit. Poſtero die ꝓter Cales ĩ agrum ſedicinum ꝑuenit: ibi diẽ unum populãdo mo
ratus: ꝑ Sueſſulã aliphanũq; & caſinatẽ agrum uia latina ducit. Sub Caſinũ biduo ſtatiua habita: & paſ
ſim populatiões factæ. Inde ꝓter Interamnẽ: Nequinumq; in fregellanum agꝝ ad Lirim fluuim uẽtum:
ubi ĩtercisum pontẽ a fregellanis morãdi itineris cã inuenit. Fuluium Vulturnus tenuerat ãnis: nauibus
ab Annibale ĩcenſis: rates ad traiiciẽdum exercitum magna inopia materiæ ægræ cõparãtem: traiecto ra
tibus exercitu: reliquum Fuluio expeditum iter nõ ꝑ urbes mõ: ſed circa uiã expoſitis benigne cõmeati-
b⁹ erat. Alacreſq; milites: alius alium: ut adderet gradum: memor ad defendẽdã ire patriã hortabant. Ro
mã fregellanus nunci⁹ diẽ nocteq; itinere cõtinuato ingentẽ attulit terrorem: tumultuoſius: quã allatum
erat: curſu hoĩum affingentium uana auditis totã urbẽ cõcitat. Ploratus mulieꝝ nõ ex priuatis ſolum do
mib⁹ exaudiebat: ſed undiq; matronæ ĩ publicũ effuſæ circa deum delubra diſcurrũt: crinib⁹ ſparſis aras
uerrẽtes; nixæ genib⁹: ſupinas manus ad cælum ac deos tendẽtes: orãteſq; ut urbem Romã e manib⁹ ho-
ſtium eriperent: matreſq; romanas: & liberos paruos ĩuiolatas ſeruarent. Senatus magiſtratib⁹ ĩ foro ꝓſti
to eſt: ſiqd cõſulere uelint. Alii accipiunt ĩperia diſceduntq; ad ſuas quiſq; officioꝝ partes. Alii offerunt ſe:

ſi quo uſus ope ſit. Præſidia in arce: in capitolio in muris: circa urbem: in mõte etiã Albano: atq; arce Tu
ſculana ponunt̃ ĩter hunc tumultum. Qu. Fuluium ꝓcoſ. ꝓfectum a Capua affert̃: cui ne minueret̃ im-
perium: ſi in urbẽ ueniſſet: decreuit ſenatus: ut. Qu. Fuluio par cum cõſulibꝰ impium e ſſet. Annibal infe-
ſtius: populato agro fregellano: pp inciſos põtes p fruſinatẽ: ferentinatẽq;: & anagninum agrum in laui-
canum uenit. Inde algido tuſculum petiit: nec receptus mœnibꝰ infra tuſculum dextrorſus gabios deſcen
dit. Inde in Pupiniã exercitu demiſſo octo millia paſſuum a Roma poſuit caſtra. Quo ꝓpius hoſtis ac
cedebat: eo maior cædes fiebat fugiẽtium: ꝓcedentibꝰ numidis pluresq; oĩum generũ atq; ætatum capie
bant̃. In hoc tumultu Fuluius Flaccus porta Capena cũ exercitu Romã ingreſſus: media urbe p Carias

**Acceſſus Fuluii ad urbe**

Aeſquilias cõtendit. Inde egreſſus ĩter Aeſquilinã Collinãq; portã poſuit caſtra: ædiles plebis cõmeatum
eo cõportarunt. Cõſules ſenatuſq; in caſtra uenerunt: ibi de ſumma reip. cõſultatum: placuit conſules cir
ca portas Collinam Aeſquilinãq; ponere caſtra. C. Calphurnium ꝑtorem urbanum Capitolio atq; arci
præeſſe: & ſenatum frequentẽ in foro cõtineri: ſiquid in tã ſubitis rebꝰ cõſulto opus eſſet. Inter hæc Anni

**Miror Plynium ſcribere ab uno hoſte Annibale haſtã in urbem contortã**

bal ad Aniẽnẽ fluuium tria millia paſſuum ab urbe caſtra admouit ibi ſtatiuis poſitis ipſe cum: duobꝰ
millibus equitum a porta Collina uſq; ad Herculis templum eſt ꝓgreſſus: atq; unde maxĩe poterat: mœ
nia ſitũq; urbis obequitans cõtemplabat̃. Id eum tam licenter: atq; ocioſe facere. Flacco indignũ uiſum
eſt. Itaq; ĩmiſit equites: ſubmouerięq; atq; ĩ caſtra redigi hoſtiũ equitatũ iuſſit. Cũ cõmiſſum ꝓlium eſſet:
cõſules trãſfugas numidarũ: qui tum in Auentino ad mille & trecentos erant: media urbe trãſire æſquili-
as iuſſerũt. Nullos aptiores inter cõualles tectaq; hortorũ: & ſepulchra: & uacuas undiq; uias ad pugnã
dum futuros rati. Quos cũ ex arce Capitolioq; diuo publico in equis decurrentes quidã uidiſſent: ca-
ptum Auentinũ cõclamauerunt. Ea tãtum res tumultum ac fugã præbuit: ut niſi caſtra punica extra ur-
bem fuiſſent: effuſura ſe oĩs multitudo pauida fuerit. Tunc in domos atq; in tecta refugiebant: uagoſq;
in uiis ſuos pro hoſtibus lapidibus tæliſq; inceſſabant nec comprimi tumultus apeririq; error poterat re
fertis itineribus agreſtium turba pecorũq;: quæ repentinus pauor in urbẽ cõpulerat. Equeſtre prælium ſe

**Atẽ. uanos in urbe tumultus**

cundum fuit: ſubmotiq; hoſtes ſunt: & quia multis locis comprimẽdi erant tumultus: qui temere oriebant̃.
Placuit: omnes: qui dictatores: conſules: cenſoreſue fuiſſent: cum imperio eſſe: donec receſſiſſet a muris ho
ſtis. Et diei: quod reliquũ fuit & nocte inſequenti multi temere excitati tumultus ſunt oppſſiq;. Po-
ſtero die tranſgreſſus Anienem Annibal in aciem omnes copias eduxit. Nec Flaccus conſuleſue certamẽ
detrectauere. Inſtructis utrinq; exercitibus in eius pugnæ caſum: in qua urbs Roma ꝑmium uictori eẽt
imber ingens grandine mixtus ita utrãq; aciẽ turbauit: ut uix: armis retentis: in caſtra ſeſe receperint: nul-
lius rei minore: quã hoſtium metu: & poſtero die eodem loco acies inſtructas eadẽ tẽpeſtas diremit: ubi
recepiſſent ſe in caſtra: mira ſerenitas cũ tranqlitate oriebat̃: ĩ religionẽ ea res apud pœnos uerſa ẽ: auditaq;
uox Annibalis fert̃: potiundæ ſibi urbis Romæ modo mentẽ non dari: modo fortunam. Minuere etiã

**Vide ne ꝑ inde eius ſit legẽdũ & non ꝑmelius.**

ꝑmelius & aliæ paruæ magnæq; res. Magna illa: quod cum ipſe mœnia urbis Romæ armatus ſederet
milites ſub uexillis in ſupplemẽtum Hiſpaniæ profectos audiuit. Parua autẽ quod p eos dies eum forte
agrũ in quo ipſe haberet caſtra ueniſſe: nihil ob id diminuto ꝑtio cognitum ex quodã captiuo eſt. Id ue-
ro adeo ſuperbũ atq; indignũ uiſum: eius ſoli: quod ipſe bello captũ poſſideret haberetq; ĩuentũ Romæ

**Lucus Feroniæ**

emptorem: ut extemplo uocato ꝑcone tabernas argentarias: q̃ circa forũ romanũ tunc eſſent: iuſſerit ueni
re. His motus ad Turiã fluuiũ caſtra rettulit: ſex millia paſſuũ ab urbe. Inde ad Lucũ Feroniæ ꝑgit ire tẽ
plum ea tẽpeſtate inclytũ diuitiis. Capenates aliq accolæ eius erant: primitias eo frugũ donaq; alia ꝓ co
pia portãtes multo auro argẽtoq; id exornatũ habebant. His oĩbus donis tum ſpoliatũ templũ æris acer
ui cũ rudera milites religiõe inducti iacerẽt: poſt ꝓfectionẽ Annibalis magni inuenti: huius populatio
templi haud dubia inter ſcriptores eſt. Cælius Romã euntem a Ereto diuertiſſe Annibalem tradit iterq;
eius ab Reate: Cupiliiſq;: & ab Amiterno orditur ex Cãpania in Sãnium: inde in pelignos ꝑueniſſe ꝑꝑ-
terq; oppidũ Sulmonẽ inſtituit in martianos trãſiſſe. Inde albenſi agro in marſos. Hinc Amiternũ Fo-
ruloſq; uicũ ueniſſe: neq; ibi error eſt: quod tãti exercitus ueſtigia intra tam breuis cui memoriam potue
rint cõfudi: iſſe. non ea cõſtat. Tãtum id intereſt: uenerit ne eo itinere ad urbem: an ab urbe in Cãpaniam re

**Foruli ſabinorum uicus**

dierit. Cæterũ nõ q̃tũ p inaciæ ad ꝑmendam obſidione Capuã romanis fuit: tantũ ad defendendam An
nibali. Nãq; & lucanos in brutium agrum: ad fretum uero ac Regiũ tanto curſu cõtendit: ut ꝓpe repen-
tino aduẽtu incautos oppreſſerit. Capua: & ſi nihilo ſegnius oppreſſa p eos dies fuerat. tamẽ aduentum
Flacci ſenſit: & admiratio orta eſt: nõ ſimul regreſſum Annibalẽ. Inde p colloqa ĩtellexerũt relictos ſe de-
ſertoſq;: & ſpem Capuæ retinẽdæ deploratam eſſe apud pœnos. Acceſſit edictũ ꝓconſulis ex ſenatuſcon-
ſulto ꝓpoſitũ uulgatũq; apud hoſtes: ut q ciuis cãpanus ante certam diẽ trãſiſſet: ſine fraude eẽt: nec ulla
facta eſt trãſitio: metu magis eos quã fide continẽte: quia maiora in defectione deliquerant: quã qbꝰ igno
ſci poſſet. Cæterũ quẽadmodũ nemo priuato cõſilio ad hoſtem tranſibat: ita nihil ſalutare in mediũ con
ſulebat̃. Nobilitas remp. deſeruerat: neq; in ſenatum cogi poterat: in magiſtratu aũt erat: qui nõ ſibi ho-

**Seppiũ læſiũ ĩ elige qui mediatutitus erat Capuæ**

norem adieciſſe: ſed in dignitate ſua uim ac ius magiſtratui: quẽ gerebat: dempſiſſet: iam ne in foro qdẽ
aut publico loco principũ quiſquã apparebat domibus incluſi patriæ occaſum cũ ſuo exercitio ĩ dies ex
pectabãt. Sũma curæ oĩs in Boſtarẽ Hãnonẽq; ꝓfectos ꝓſidii punici uerſa erat: ſuo non ſociorũ periculo
ſollicitos. Hi cõſcriptis ad Annibalẽ lrĩs nõ libere mõ: ſed ẽt aſpere: qbus nõ Capuã ſolũ traditã in manu
hoſtium: ſed ſe quoq; & ꝓſidium in oẽs cruciatus ꝓditos incuſabant: abiiſſe cum in brutios: uelut auertẽ
tem ſe ne Capua in oculis eius caperetur: At Hercule romanos ne oppugnatione quidem urbis Romæ

abſtrahi a Capua obſidenda potuiſſe:tãto cõſtantiorem inimicũ romanũ:quã amicũ pœnum eſſe. *Si re*-
deat Capuã:bellũq; omne eo uertat:& ſe & cãpanos paratos eruptioni fore:nõ cũ reginis:neq; tarentinis
bellũ geſturos:trãſiſſe alpes ubi romanæ legiones ſint:ibi & carthaginẽſiũ exercitus debere eſſe. *Sic* ad Cã
nas:ſic ad Thraſymenũ rem bene geſtam coeũdo:cõferendoq; cũ hoſte caſtra:fortunã tẽptando. In hanc
ſniam litteræ cõſcriptæ:numidis ꝓpoſita mercede iam ꝓfeſſis operam dant. Hi ſpecie tranſfugaꝝ:cum ad
Flaccũ in caſtra ueniſſent:ut inde tpe captato abirent:fameſq; quæ tandiu Capuæ erat:nulli nõ ꝓbabilẽ
cãm trãſitionis faceret. Mulier repente cãpana in caſtra uenit ſcortum traſſugaꝝ unius indicatq; impato-
ri romano numidã fraude cõpoſita trãſiſſe:lraſq; ad Annibalem ferre. Id unũ ex iis:q ſibi rem aperuiſſet:
arguere ſeſe paratã e e. Productus primo ſatis cõſtanter ſe mulierẽ ignorare ſimulabat:Paulatim deinde
cõuictus ueris:cũ tormẽta poſci:& parari uideret:faſſus id ita eſſe:litteræq; ꝓlatæ:& additum ẽt indicio:
quod celabat:& alios ſpecie tranſfugaꝝ numidas uagari in caſtris romanis. Hi ſupra. lxx. cõprehenſi:&
cum tranſfugis nouis mulctati uirgis:manibuſq; præciſis Capuã redigunt. Cõſpectũ tam triſte ſupplicũ Attur
aios fregit campanoꝝ:cõcurſus ad curiam populi factus:coegit Leſium ſenatum uocare:& primorib: Tranſfu-
q iamdiu publicis cõſiliis aberant:ꝓpalam minabant:niſi uenirent in ſenatũ circa domos ituros ſe:& in gaꝝ ſup-
publicũ oẽs ui extracturos eſſe. Is timor frequentẽ ſenatũ magiſtratui ꝓbuit. Ibi cum cæteri de legatis mit plicia
tendis ad impatores romanos agerent:Viuius Virius:q defectionis ab romanis auctor fuerat:interro- Viuii
gatus ſniam negat eos:q de legatis & de pace ac deditione loquant:meminiſſe ſe nec qd facturi fuerint:ſi uerba in
romanos in ptãte habuiſſent:nec qd ipſis patiendũ ſit. Quid uos:inquit:eam deditionẽ fore cenſetis:qua ſenatu
quõdam:ut aduerſus ſamnites auxiliũ impetraremus:nos noſtraq; oĩa romanis dedimus? Iam e memo
ria exceſſit:quo tempore:& in qua fortuna a populo romano defecerimus:iam quẽadmodũ in defectio
ne ꝑſidium:quod poterat emitti:p cruciatũ:& ad cõtumeliã necauerimus:quotiens in obſidentis quam
inimici eruperimus?caſtra oppugnauerimus?Annibalẽ uocauerimus ad opprimẽdos eos:Hoc qd recẽ
tiſſimũ eſt:ad oppugnandã Romã hinc eum miſerimus?Age cõtra:q illi infeſte in nos fecerint repetite:ut
ex eo:qd ſperetis:habeatis. Cum hoſtis alienigena in Italia eſſet:& Annibal hoſtis:& cũcta bello arderẽt:
omiſſis oĩbus:omiſſo ipſo Annibale:ambos cõſules & duos cõſulares exercitus ad Capuã oppugnãdã
miſerũt:alteꝝ annũ circũuallatos ĩcluſoſq; nos fame macerãt. & ipſi nobiſcũ ultima ꝑicula grauiſſimos
labores ꝑpeſſi:circa uallum ac foſſas ſæpe trucidati:& ꝓpe ad extremũ caſtris exuti. Sed omitto hæc. Ve
tus atq; uſitata res eſt in oppugnãda hoſtium urbe:labores ac pericula pati. Illud iræ atq; odii execrabilis
indicium eſt. Annibal ingẽtibus copiis peditum equitũq; caſtra oppugnauit:& ex parte cepit:tanto peri
culo nihil moti ſunt ab obſidiõe:ꝓfectus trans Vulturnũ percuſſit calenũ agrum:nihil tanta ſocioꝝ cla-
de uocati ſunt. Ad ipſam urbẽ Romã infeſta ſigna ferri iuſſit. Eam quoq; tẽpeſtatẽ ĩminẽtem ſpreuerũt.
Trãſgreſſus Anienẽ tria millia paſſuum ab urbe caſtra poſuit. Poſtremo ad mœnia ipſa & ad portas ac-
ceſſit. Romã ſe ademptuꝝ eis niſi omitterent Capuã oſtendit & nõ omiſerunt. Feras beſtias cæco impetu
ac rabie cõcitatas ſi ad cubilia & catulos eaꝝ ire ꝑgas:ad opem ſuis ferendã auertas. Roma circũſeſſa ro-
manos cõiuges liberi quoꝝ ploratus hic quoq; ꝓpe exaudiebat:aræ:foci:deoꝝ delubra:ſepulchra ma-
ioꝝ uulſa temerata:atq; uiolata a Capua nõ auerterũt:tanta auiditas ſupplicii expetendi:tanta ſanguinis
noſtri hauriendi eſt ſitis. Nec iniuria forſitan:nos quoq; idem feciſſemus:ſi data fortuna eſſet. Itaq; quã-
do aliter diis ĩmortalibus uiſum eſt cũ mortem nec recuſare qdẽ debeã:cruciatus cõtumeliaſq; quas ſpe-
rat hoſtis:dum liber:dum mei potens ſum:effugere:morte præterquã honeſta etiam leui poſſum. Non
uidebor apud Claudium:& Qu. Fuluium uictoria inſolenti ſubnixos:neq; uictus per urbem romani
triumphi ſpectaculũ trahat:ut deinde in carcerem:aut ad palũ deligatus:lacerato uirgis tergo:ceruicem ſe
curi romanæ ſubiiciã. Nec dirui incendiq; patriã uidebo:nec rapi ad ſtuprum matronas campanas uir-
gineſq;:& ingenuos pueros Albam unde ipſi oriundi erant:a fundamentis proruerunt:ne ſtirps:ne me-
moria originum ſuarum extaret:ne dum eos Capuæ parſuros credam:cui ĩfeſtiores:q Carthagini ſunt.
Itaq; quibus ueſtrum ante fato cedere:quã hæc tot tam acerba uideant:in animo eſt:iis apud me hodie
epulæ inſtructæ paratæq; ſunt:ſaciatis:uino ciboq; poculum idem:qd mihi datum fuerit:circumferet.
Ea potio corpus a cruciatu:aĩum a contumeliis aures:oculos a uidendis audiendiſq; omnibus acerbis
indigniſq;:quæ manent uictos uindicabit. Poſtea parati erunt:q magno rogo in ꝓpatulo ædium accen-
ſo corpora exanimata iniiciant. Hæc una uia & honeſta:& libera ad mortem:& ipſi uirtutem mirabun-
tur hoſtes:& Annibal fortes ſocios ſciet a ſe deſertos:ac ꝓditos eſſe. Hanc orationẽ Viuii Virri:plures au
dierunt:cum aſſenſu quam forti aĩo id quod ꝓbabant:exequi potuerunt. Maior pars ſenatus multis ſæ- Viuius ſe
pe bellis expertam populi romani clæmentiam haud diffidentes ſibi quoq; placabilem fore:legatos ad natores
dedendam romanis Capuã decreuerunt:miſeruntq;. Viuium Virriũ ſeptem & uiginti ferme ſenatores do ad exitia-
mũ ſecuti ſunt:epulatiq; cum eo:& q̃tum facere potuerant alienatis mentibus uino:ab imminentis ſenſu lem cœnã
mali uenenũ oẽs ſumpſerunt. Inde miſſo cõuiuio dextris inter ſe datis:ultimoq; cõplexu collachryman- inuitat
tes ſuum patriæq; caſum:alii:ut eodem rogo cremarentur:manſerunt:alii domos digreſſi ſunt. Impletæ
uino cibiſq; uenæ minus efficacẽ in maturanda morte uim ueneni fecerunt. Itaq; noctẽ totã plæriq; eo-
rum:& diei inſequentis partem iis cum aĩam egiſſent oẽs tamen:priuſq aperirentur hoſtibus portæ expi
rarunt. Poſtero die porta Iouis:quæ aduerſus caſtra romana erat:iuſſu ꝓcõſulis aperta eſt:ea intromiſſa
legio una:& duæ alæ cum. C. Fuluio legato. Is cũ oĩum primũ arma tælaq;:q Capuæ erãt:ad ſe cõferẽda Capitur
curaſſet cuſtodiis ad oẽs portas diſpoſitis:neq; exire:aut emitti poſſet:ꝑſidium punicũ cõpræhẽdit:ſena- Capua

tum campũ ire in caſtra ad impatores romanos iuſſit quo cũ ueniſſent:extemplo his oĩbus cathenæ in-
iectæ iuſſiq; ad quæſtores deferri. Quod auri argentiq; haberent:auri pondo.lxx.fuit:argenti tria millia
põdo:&.cc.ſenatores qnq; & uiginti Cales in cuſtodiá:duo de.xxx. Theanum miſſi quoꝝ de ſnĩa maxi
me deſcitũ ab rõanis cõſtabat. De ſupplicio cãpi ſenatus haud quaq̃ inter Fuluiũ Claudiũq; cõueniebat:
facilis ſperandæ ueniæ Claudius. Fulũi durior ſnĩa erat. Itaq; Appius Romã ad ſenatũ arbitrium eius
rei totum reiiciebat:ꝑcũctandi ẽt equũ eſſe ꝑtãtem fieri patribus:num cõmunicaſſet cõſilia cũ aliquib⁹ ſo
cioꝝ latini noĩs municipioꝝ:& num ope eoꝝ in bello forent:& municipioꝝ adiuti? Id uero minime
cõmittendũ eſſe Fuluius dicere:ut ſollicitarent̃ criminibus dubiis ſocioꝝ fidelium animi:& ſubiicerent̃
indicibus:qs neq; qd facerent:quicq̃ unq̃ penſi fuiſſet. Itaq; ſe eam q̃ſtionem oppreſſurum extĩcturũq;.

Fuluii a-
cerbitas ĩ
exigenda
de cãpa-
nis pœna

Ab hoc ſermõe cum digreſſi eſſent:& Appius:quãuis ferociter loquentem collegam nõ dubitaret:
tamẽ litteras ſup tanta re a Roma expectatuꝝ. Fuluius ne idipſum impedimentũ incœpto foret:dimit-
tens prætorium tribunis militũ ac præfectis ſocioꝝ imperauit:ut in duobus millibus equitum delectis
denunciarent:ut ad tertiã buccinam præſto eſſent.cum hoc equitatu nocte Theanum ꝓfectus prima luce
portam intrauit:atq; in foꝝ ꝓrexit:cõcurſuq; ad primũ eqtum ingreſſum facto:magiſtratũ ſidicinum ci
tari iuſſit:imꝑauitq;:ut ꝓduceret cãpanos:quos in cuſtodia haberet. Producti oẽs:uirgiſq; cæſi:ac ſecuri
ꝑcuſſi. Inde citato equo Cales ꝑcurrit:ubi cũ in tribunali cõſedíſſet:ꝓductiq; cãpani deligarent̃ ad palũ
eques citus ab Roma uenit:literaſq; a.C.Calphurnio Po.q; Ro. Fuluio tradidit. Murmur a tribunali
totam cõcionẽ ꝑuaſit:deferri rem integram ad patres de cãpanis & Fuluius id ita eſſe ratus:acceptas litte
ras:neq; reſolutas cũ in gremio repoſuiſſet:ꝑconi imperauit:ut lictorẽ lege agere iuberet. Ita quoq; de iis
qui Calibus erant ſumptũ ſuppliciũ:tum literæ lectæ:ſenatuſq; cõſultum ſerũ ad impediendã rem actã
quæ ſũma ope approperata erat:ne ĩpediri poſſet. Cõſurgentẽ iam Fuluium Taurea Iubellius cãpanus
ꝑ mediã uadẽs urbẽ:turbãq; noĩe inclamauit:& cũ mirabũdus qdnam ſeſe uellet: inquireret reſidens
Flaccus:me quoq; inquit iube occidi:ut gloriari poſſis multo fortiorẽ quã ipſe es:uiꝝ abs te occiſum eſ
ſe. Cum Flaccus negaret ꝓfecto ſatis cõpotem eſſe mentis:mõ ꝓhiberi etiam ſe:ſi id uellet. S.C. diceret:
tum Iubellius quando qdem:inquit:capta patria ꝓpinquis:amiciſq; amiſſis:cum ipſe manu mea cõiu-
gem:liberoſq; interfecerim neqd indigni paterentur:mihi ne mortis qdem copia eadem eſt:quæ his ciui
bus meis petat̃ a uirtute inuiſæ huius uitæ uindicta:atq; ita gladio.quæ ueſte texerat:ꝑ aduerſum pe-
ctus tranſfixus ante pedes imperatoris ꝓcubuit moribũdus. Quia & quod ad ſupplicium attinet campa
noꝝ:& plæraq; alia de Flacci unius ſententia acta erant:mortuũ Appium Claudiũ ſub deditionem Ca-
puæ quidam tradũt:hunc quoq; ipſum Tauream neq; ſua ſpõte ueuiſſe Cales:neq; ſua manu interfectũ
ſed cum inter cæteros ad palum deligatus quia parum inter ſtrepitus exaudiri poſſent:quæ uociferaban
tur ſilentium fieri Flaccum iuſſiſſet:tum Taureã illam:quæ ante memorata ſunt:dixiſſe uiꝝ fortiſſimũ
a nequaquã pari ad uirtutẽ occidi. Sub hæc dicta iuſſu ꝓconſulis præconem ita ꝓnunciaſſe lictor uiro
forti adde uirgas:& in eum primũ lege age. Lectum quoq; ſenatuſcõſultum priuſq̃ ſecuri feriret:quidam
auctores ſunt:ſed quia aſcriptum in ſenatuſcõſulto fuerat:ſi ei uideretur:integram rem ad ſenatum reiice-
ret:interꝑtatum eſſe quid magis e rep.duceret æſtimationẽ ſibi permiſſam Capuam a Calibus reditũ
eſt. Attellaq; & Galatia in deditionem acceptæ:ibi quoq; in eos:q capita rei erant:aĩaduerſum eſt. Ita ad
lxx.principes ſenatus interfecti trecenti ferme nobiles campani in carcerem cõditi. Alii per ſociorum la-
tini nominis urbes in cuſtodias dati:uariis caſibus interierunt. Multitudo alia ciuium campanorum ue
nundata:de urbe agroq; reliqua cõſultatio fuit. Quibuſdam delendam cenſentibus urbem præualidam:
ꝓpinquã inimicam. Cæterum præſens utilitas uicit. Nam ꝓpter agrum:quem omni fertilitate terræ ſa-
tis conſtabat primũ in Italia eſſe urbs ſeruata eſt:ut eſſet aliqua aratoꝝ ſedes:urbi frequentandæ multitu-
do incolarum:libertinorũq;:& inſtitoꝝ:opificũq; retẽta:ager omnis & tecta publica populi romani fa
cta:Cæteꝝ habitari tantũ tanq̃ urbem Capuam frequentariq; placuit:corpus nullũ ciuitatis:nec ſenatũ:
nec plebis conſilium:nec magiſtratus eſſe:ſine conſilio publico:ſine imperio multitudinẽ nullius rei in-
ter ſe ſociam ad conſenſum inhabilem fore præfectum ad oĩa iura reddenda ab Roma quot annis miſſu
ros. Ita ad Capuã res cõpoſitæ conſilio ab omni parte laudabili:ſeuere:& celeriter ĩ maxime noxios aĩad
uerſum:multitudo ciuiũ diſſipata in nullam ſpem reditus. Non ſæuitum incendiis:ruiniſq; in tecta in
noxia:muroſq; & cum emolumẽto quæſita etiam apud ſocios lenitatis ſpecies incolumitate urbis nobi-
liſſimæ opulentiſſimæq;. Cuius ruinis oĩs campania oẽs:qui Campaniam circa accolunt:populi inge-
muiſſent:confeſſio expreſſa hoſti q̃ta uis in romanis ad expetendas pœnas ab infidelibus ſociis: & quã
nihil in Annibale auxilii eſſet ad receptos in fidem tuendos. Romani proconſules perfuncti:qđ ad Ca-
puam attinebat:cura. C. Neroni ex iis duabus legionibus:quas ad Capuam habuerant:ſex millia pedi-
tum & trecentos equites:quos ipſe legiſſet:& ſocium latini noĩs peditũ numeꝝ parem:& octingẽtos eq-
tes decernunt. Quẽ exercitum Puteolis in naues impoſitũ. Nero in Hiſpaniam tranſportauit. Cũ Tarra-
conem nauibus ueniſſet:expoſitiſq; ibi copiis:& nauibus ſubductis ſocios quoq; nauales multitudinis
augendæ cauſa armaſſet ꝓfectus ad Iberum flumen exercitum a.T. Fonteio:& martio accepit. Inde per-
gis ad hoſtes ire Aſdrubal Amilcaris ad lapides atros caſtra habebat in auſitanis. Is locus ẽ ĩter oppida
Iliturgim:& Mẽtiſam. Huius ſaltus fauces Nero occupauit. Aſdrubal:ne in arcto res:eſſet caduceatorẽ
miſit:qui ꝓmitteret:ſi inde miſſus foret:ſe oẽm exercitum ex Hiſpania deportatuꝝ. Quam rem cũ læto
aĩo romanus accepiſſet:diem poſteꝝ Aſdrubal colloquio petiit:ut romani leges conſcriberẽt de traden-

Vide ne
apprope
rata poti⁹
ſit legẽdũ
aut ſim-
pliciter ꝓ
perata

Atella &
Galatia
receptæ
Cãpani
uenditi

Aſdrubal
Neronẽ
ludificat̃

Sicilia a
Leuino
pœnis eie
ctis
Scipiõis
uerba
aducte
milites

midarum procul uiſa:& clamor romanus haud quaquã ignotus ad aures accidiſſet priuſquã ad ictum
tæli ueniret:capeſſit fugã p auerſam portã emiſſus:aſſumpto comite.M.Epicide cũ paucis ad mare per/
uenit:nactiq; opportune paruũ nauigiũ:relicta hoſtibus Sicilia de qua per tot annos certatũ erat:ĩ Afri
cam traiacerunt.Alia multitudo pœnoꝝ ſiculorũq;:ne temptato quidẽ certamine:cũ cæci in fugam rue
rent:clauſiq; exitus eẽnt:circa portas cæſa.Oppido recepto Leuinus:qui capita rerũ Agrigenti erant uir/
gis cæſos:ſecuri pcuſſit cæteros prædãq; uendidit:oẽm pecuniã Romã miſit.Fama agrigentinoꝝ cladis
cũ Siciliã peruaſiſſet:oĩa repente ad romanos ĩclinauere.Prodita breui ſunt.xx.oppida.Sex ui capta.Vo
luntaria deditione in fidẽ uenerũt ad quadraginta.Quarũ ciuitatũ principib⁹:cũ,p cuiuſq; merito cõſul
pmia pœnaſq; exoluiſſet:coegiſſetq; ſiculos:poſitis tãdẽ armis ad agrũ colendũ aĩas cõuertere:ut eẽt nõ
incolarũ modo alimẽtis frugifera ĩſula:ſed urbis Romæ:atq; Italiæ:id quod multis ſæpe tẽpeſtatib⁹ fe/
cerat:annonã leuaret.Ab agatirna incõditã multitudinẽ ſecũ in Italiã trãſuexit.Quattuor millia hominũ
erant mixti ex oĩ colluuiõe exules obærati:capitalia auſi plæriq;:& cũ in ciuitatibus ſuis ac ſub legibus
uixerãt:& poſteaq̃ eos ex uariis cauſis fortuna ſimilis cõglobauerat.Agatirnæ p latrocinia ac rapinã to/
lerantes uitã:Hos neq; relinquere Leuinus in ĩſula tũ primũ noua pace coaleſcẽte uelut materiã nouãdis
rebus ſatis tutũ ratus e:& reginis uſui futuri erãt ad populandũ Brutiũ agrũ:aſſuetã latrociniis ɋrentib⁹
manũ.Et quod ad Siciliã attinet:eo anno dilatũ bellũ ẽ.In Hiſpania principio ueris.P.Scipio nauib⁹ de
ductis:euocatiſq; edicto Tarraconẽ ſociorũ auxiliis claſſem onerariaſq; oſtiũ inde Iberi fluminis pete/
re iubet.Eodẽ legiones ex hybernis cõuenire eũ iuſiſſet:ipſe cũ qnque millib⁹ ſociorum a Tarracone,pfe

ctus ad exercitum eſt: quo cũ ueniſſet: alluquendos maxime ueteres milites: q̃ tantia ſupfuerant cladibꝰ:
ratus: cõcione aduocata: ita diſſeruit. Nemo ante me nouus impator militibus ſuis: priuſquã eorũ ope-
ra uſus eſſet: gratias agere iure ac merito potuit: me uobis: priuſquã prouinciã aut caſtra uiderem: obli-
gauit fortuna primũ: qđ & pietate erga patrẽ patruũq; meũ: uiuos: mortuoſq; fuiſtis: deinde: qđ amiſ-
ſam tanta clade prouinciæ poſſeſſionem integram & populo romão & ſucceſſori mihi uirtute ueſtra ob
tinuiſtis: ſed cum iam benignitate deum id paremus atq; agamus: nõ ut ipſi maneamus in Hiſpania ſed
ne pœni maneant: nec ut pro ripa Iberi ſtantes: arceamus tranſitum hoſtis: ſed ut ultro tranſeamus: trãſfe
ramuſq; bellũ: uereor: ne cui ueſtrum maius id audaciuſq; cõſilium quã aut pro memoria cladiũ accepta
rum nuper: aut pro ætate mea uideatur. Auerſæ pugnæ in Hiſpania nullius in animo quam meo minus
obliterari poſſunt: qppe cui pater & patruus intra. xxx. dieꝝ ſpatiũ: ut aliud ſuper aliud cumularet̃ fami
liæ noſtræ funus interfecti ſunt: ſed ut familiaris pœne orbitas: ac ſolitudo frangit aĩum ita publica: tum
fortuna: tum uirtus deſperare de ſumma reꝝ ꝓhibet eo facto: quo donata nobis ſors eſt in magnis om-
nibus bellis uicti uicerimus: uetera omitto. Porſenam: gallos: ſamnites. A punicis bellis incipiam: quot
claſſes? quot duces? quot exercitus priore bello amiſſi ſunt? iam qđ hoc bello memorẽ? oĩbus aut ipſe af
fui cladibus: aut qbus abfui maxime unus oĩum eas ſenſi Trebia. Thraſimenꝰ. Cãnæq; quid aliud ſunt
quam monumenta occiſoꝝ exercituũ cõſulũq; romanoꝝ? adde defectionem Italiæ Siciliæ: maioris par
tis Sardiniæ: adde ultimũ terrorem ac pauorem: caſtra punica inter Anienem & mœnia romana poſita:
& uiſum ꝓpe in portis uictorem Annibalem: in hac ruina rerum ſtetit una atq; integra & ĩmobilis uir-
tus populi romani: hæc omnia ſtrata humi erexit: ac ſuſtulit. Vos oĩum primi milites: poſt cannenſem
cladem uadenti Aſdrubali ad alpis Italiãq;: qui ſi ſe cum fratre coniunxiſſet: nullum iam nomen eſſet po
puli romani: ductu auſpicioq; patris mei obſtitiſtis: & hæ ſecundæ res illas aduerſas ſuſtinuerunt. Nunc
benignitate deum omnia ſecũda: proſpera in dies lætiora: ac meliora in Italia Siciliaq; geruntur. In Sici-
lia Syracuſæ. Agrigẽtũ captũ pulſi tota inſula hoſte: receptaq; ꝓuincia in dicione populi ro. eſt. In Italia
Arpi recepti. Capua capta: iter omne ab urbe Roma trepida fuga emenſus Annibal in extremũ angulũ
agri Brutii compulſus: nihil iam maius precatur deos: quam ut incolumi cedere atq; abire ex hoſtium
terra liceat: quid igitur minus cõueniat milites: quem cum aliæ ſuper alias clades cumularentur ac dii ꝓ-
pe ipſi cum Annibale ſtarent: uos hic cum parentibus meis. Aequentur enim ipſi etiam honore nomi-
nis ſuſtinuiſſe labentem fortunam populi romani: nunc eoſdem quia illic omnia ſecunda lætaq; ſunt ani
mis deficere? nuper quoq;: quæ acciderunt: utinam tam ſine meo luctu quam ueſtro tranſiſſent. Nunc
dii immortales imperii Roma. præſides centuriis omnibus ut mihi imperium iuberent dari fuere aucto
res: iiſdem auguriis: auſpiciis & per nocturnos etiam uiſus omnia læta ac proſpera portendũt. Animus
quoq; meus maximus mihi ad hoc tempus uates ꝑſagit ueſtram Hiſpaniam e breui tẽpore: hinc om-
ne punicum nomen maria: terraſq; fœda fuga impleturum. Quod mens ſua ſponte diuinat: dem ſubii-
cit ratio haud fallax. Vexati ab his ſocii noſtram fidem per legato implorant: Tres duces diſcrepantes ꝓ-
pe ut defecerint alii ab aliis trifariam exercitus in diuerſiſſimas regiones diſtraxere. Eadem in uiros ingru
it fortuna: quæ nuper nos afflixit. Nam & deſeruntur ab ſociis: ut prius ab Celtiberis nos. Deduxerunt
exercitus: quæ patri patruoq; meo cauſa exitii fuit: nec diſcordia inteſtina coire eos in unum ſinet: neq; ſin
guli nobis reſiſtere poterunt. Vos modo milites fauete nomini Scipionum: ſoboli imperatorum ueſtro
rum uelut acciſis recreſcenti ſtirpibus. Agite ueteres milites nouum exercitum: nouumq; ducem traduci-
te Iberum: traducite in terras cum multis fortibus factis ſæpe a uobis peragratas: breui faciam ut quẽad-
modum nunc noſcitatis in me patris patruiq; ſimilitudinem oris uultuſq; & liniamenta corporis: ita in
genii fidei uirtutiſq; exemplum ac effigiem uobis reddam: ut reuixiſſe: aut renatum ſibi quiſq; Scipio-
nem imperatorem dicat. Hac oratione accenſis militum animis relicto ad præſidium regionis eius. M.
Sillano cum tribus millibus peditum &. ccc. equitibus: cæteras omnes copias erant ad. xxv. millia pedi-
tum: duo millia & quingenti equites Iberum traiecit. Ibi quibuſdam ſudentibus ut quoniam in tris tam
diuerſas regiones diſceſſiſſent punici exercitus: proximũ aggrederetur: periculum eſſe ratus ne eo facto in
unum omnes cõtraheret: nec par eſſet unus tot exercitibus: Carthaginem nouam interim oppugnare ſta-
tuit: urbem tum ipſam oppulentam ſuis opibus: tum hoſtium omni bellico apparatu plenam. Ibi ar-
ma: ibi pecuniæ: ibi totius Hiſpaniæ obſides erant: ſitam præterea tum opportune ad traiiciendũ in Afri-
cam: tum ſuper portum ſatis amplum quantæ uis claſſi & neſcio an num Hiſpaniæ oram: quæ noſtro ad
iacet mari. Nemo omnium quo iretur ſciebat præter. C. Lelium. Is claſſe circũmiſſus ita moderari cur-
ſus nauium iuſſus erat: ut eodem tempore exercitus oſtẽderet: & claſſis portum intraret. Septimo die ab
Hiero Carthaginem uentum eſt: ſimul terra mariq; caſtra ab regione urbis: qua in ſeptẽtrionem uerſa eſt:
poſita: his ab tergo: nam frons natura tuta erat nullum uallum obiectum. Cæterum ſita Carthago ſic eſt.
Sinus eſt maris media fere hiſpaniæ ora maxime africo uento oppoſitus: quingentos paſſus introrſus re
tractus paulo plus paſſuum in latitudinem patens: huius in hoſtio ſinus parua ĩſula obiecta ab alto por
tum ab omnibus uentis præterquã africo tutũ facit: ab intimo ſinu pene inſula excurrit: tumulus is ipſe:
in quo cõdita urbs eſt ab ortu ſolis & a meridie cincta mari ab occaſu ſtagnum claudit patulum & ad ſe
ptẽtrionem fuſum incertæ altitudinis utcũq; exæſtuat mare continenti urbem iugum. cc. fere: &. l. paſſus
patens coniungit: unde cum tam parui operis munitio eſſet non obiecit uallum imperator romanus: ſeu
fiduciam hoſti ſuperbe oſtentans: ſiue ut ſubeundi ſæpe ad mœnia urbis recurſus pateret: cætera quæ mu-

Terrores & clades ſecundi belli punici

nienda erant cum ꝑfeciſſet naues etiam in portu uelut maritimam quoq; oſtentans obſidionem inſtruxit circũuectuſq; claſſe cum monuiſſet præfectos nauiũ ut uigilias nocturnas interim ſeruarẽt: omnia ubiq; primo obſeſſum hoſtem conari: regreſſus in caſtra ut conſilii ſui rationem quod ad urbem potiſſimum oppugnandã bello orſus eſſet militibus oſtenderet: & ſpem potiundæ hortando faceret: concione aduocata ita diſſeruit. Ad urbem unam oppugnãdã ſiquis uos adductos credit: is magis operis ueſtri: q̄ emolumenti rationem milites habet: oppugnabitis enim uere mœnia unius urbis: ſed in una urbe uniuerſam ceperitis hiſpaniam: hic ſunt obſides omnium nobilium regum populorumq;: qui ſimul in poteſtate ueſtra erunt: extemplo omnia: quæ nunc ſub Carthaginenſibus ſunt: in dicionem noſtram tradent: hic pecunia omnis hoſtium: ſine qua neq; illi gerere bellum poſſunt: quippe qui mercennarios exercitus alant & quæ uobis maximo uſui ad conciliandos animos barbarorum erit: hic tormenta: arma omnis apparatus belli eſt: qui ſimul uos inſtruet: & hoſtes nudabit: potiemur ꝑterea tum pulcherrima oppulentiſſimaq; urbe: tum opportuniſſima: portu egregio: unde terra mariq; quæ belli uſus poſcunt ſuppeditantur quæ cum magna ipſi habebimus: tum dempſerimus hoſtibus multo maiora: hæc illis arx: hoc horreũ: ærarium: armamentarium: hoc oĩum rerum receptaculum eſt: hinc rectus ex Africa curſus eſt: hæc una inter Pyrenæum & Gades ſtatio: hinc omnis hiſpaniæ imminet Africa. Sed quoniam uos inſtructos & ordinatos cognoſco: ad Carthaginem nouã oppugnandam totis uiribus & bono animo tranſeamus.

Carthago noua a Scipiõe oppugnatur

Cumq; omnes una uoce hoc faciendum ſucclamarent. eos Carthaginem duxit: tum terra mariq; eam oppugnari iubet: Contra Mago pœnorum dux: cum terra mariq; inſtrui oppugnationem uideret: & ipſe copias ita diſponit. Oppidanorum duo millia ab ea parte: qua caſtra romana erant: opponit. Quingentis militibus arcem inſedit. Quingentos tumulo urbis in orientem uerſo imponit. Multitudinem aliã quo clamor: quoq; uis auocaſſet: reſiſtentem ad omnia occurrere iubet. Patefacta deinde porta: eos: quos in uia ferente ad caſtra hoſtium inſtruxerat: mittit. Romani duce ipſo ꝑcipiente parumper ceſſere: ut ꝓpiores ſubſidiis in certamine ipſo ſummitendis eſſent. Et primo haud impari ſtetere acie. Subſidia deinde identidem ſummiſſa caſtris nõ auerterunt ſolum in fugam hoſtes: ſed adeo effuſis inſtituerunt: ut niſi receptui ceciniſſet: permixti fugientibus irrupturi fuiſſe in urbem uiderentur. Trepidatio uero nõ prælio maior: quam tota urbe fuit. Multæ ſtatiões pauore: atque loca deſerta ſunt: relictiq; muri: cum quæ cuiq; erat ꝓximum: deſiluiſſet. Quod ubi Scipio in tumulum obuerſus: quem Mercurium Teutatem appellant: aduertit: multis partibus nudata defenſoribus mœnia eſſe: omnes e caſtris excitos ire ad oppugnandam urbem: & ferre ſcalas iubet: ipſe præ ſe trium iuuenum ualidorum ſcutis oppoſitis: ingens enĩ iam uis omnis generis tælorum e muris uolabat ad urbem ſuccedit: hortatur: imperat: quæ in rem ſunt. Quodque plurimum ad accendendos animos militum intererat: teſtis ſpectatorq; uirtutis atq; ignauiæ cuiuſq; adeſt. Itaq; in uulnera: ac tæla ruunt: neq; illos muri: neq; ſuperſtantes armati arcere queunt: quin certatim aſcendant. Et a nauibus eodem tempore ea: quæ mari abluitur: pars urbis oppugnari cœpta eſt: cæterum tumultus inde maior: quam uis uideri poterat: dum applicant: dum partim exponunt ſcalas: militeſq;: dum qua cuiq; ꝓximum eſt in terram euadere ꝓperant: ipſa feſtinatiõe & certamine alii alios impediunt. Inter hæc repleuerat iam pœnus armatis muros: & uis magna: & ingens copia cõgeſta tælorum ſuppeditabat. Sed neq; uiri nec tæla nec quicquã aliud æque: q̄ mœnia ipſa ſeſe defendebant. Raræ enim ſcalæ altitudini æquari poterant: & quo quæq; altiores eo infirmiores erant: itaq; cum ſummus quiſq; euadere nõ poſſet: ſubirent tamen: aliæ onere ipſo frangebantur. Quidam ſtantibus ſcalis: cum altitudo caliginem oculis effudiſſet: ad terram delati ſunt. Et cum paſſim homines ſcalæq; ruerent: & ipſo ſucceſſu audacia: atq; alacritas hoſtium creſceret: ſignum receptui datum eſt: qđ ſpem nõ præſentis mõ a tanto certamine ac labore quietis obſeſſis: ſed etiam in poſterum dedit: ſcalis & corona capi urbem nõ poſſe. Opera & difficilia eſſe: & tempus daturum ad ferendam opem imperatoribus ſuis. Vix prior tumultus cõticuerat cum Scipio a defeſſis iam uulneratiſq; recentes integroſq; alios accipere ſcalas iubet: & ui maiore aggredi urbem. Ipſe: ut ei nunciatum eſt æſtum decedere: qđ per piſcatores tarraconenſes nunc leuibus cymbis: nunc ubi eæ ſederent: uadis peruagatos per ſtagnum cõpertum habebat: facilem pedib⁹ ad murum tranſitum dari eo armatos duxit. Medium ferme diei erat: & ad id: quod ſua ſpõte cedente in mare æſtu trahebatur aqua: acer etiam ſeptentrio ortus inclinatum ſtagnum eodem: quo æſtus ferebat: & adeo nudauerat uada: ut alibi umbilico tenus aqua eſſet alibi uix genua ſuperaret: hoc cura: ac rõne compertum: in ꝓdigium ac deos uertens Scipio qui ad tranſitum romanis mare uerterent: & ſtagna auferrent: uiaſq; ante nunquã initas humano ueſtigio aperirent. Neptũnum iubebat ducem itineris ſequi: ac medio ſtagno euadere ad mœnia. A terra ingens labor ſuccedentibus erat nec altitudine tantum mœnium impediebantur: ſed quod euntes ad ancipites utrinq; ictus: ſubiectos habebant romanos: ut latera infeſtiora ſubeuntibus: quam aduerſa corpora eſſent. At parte in alia quietus: & per ſtagnum facilis tranſitus: & in murum aſcenſus inde fuit. Nam neq; opere emunitus erat: ut ubi ipſius loci ac ſtagni præſidio ſatis cerditum foret: nec ulla armatorum ſtatio: aut cuſtodia oppoſita: intentis omnibns ad opem ferendam unde periculum oſtendebatur. Vbi urbem ſine certamine intrauere: pergunt inde: quanto maximo curſu poterant: ad eam portam circa quã oẽ contractum certamen erat: in quod adeo intenti omnium non ſolum animi fuere: ſed etiam oculi aureſq; pugnantium: ſpectantiumq;: adortantium pugnantes: ut nemo a tergo ſentiret ante captam urbem quam tæla in auerſos inciderunt: utrinq; ancipitem hoſtem habebant. Tum turbatis defenſoribus metu & mœnia capta: & porta intus foriſq; pariter refringi

Attur. Scipiõis ardorem & cõſtantiam

Capitur noua Carthago

cepta: & mox cedendo confectis ac diſtractis: ne i ei impediretur foribus armati impetum fecerunt. Magna multitudo & muros tranſcendebat: ſed ipſi paſſim ad cædem oppidanorum uerſi: illa quæ portam ingreſſa erat: inſta acies cum ducibus: cum ordinibus media urbe in forũ ꝓceſſit. Inde cum duobus itineribus fugientes uiderent hoſtes: alios ad tumulum in orientem uerſum q̃ tenebatur quingentorũ militum præſidio: alios in arcem: in quam & ipſe Mago cum omnibus fere armatis: e muris pulſi fuerant: refugerat: partem copiarũ ad tumulum expugnandũ mittit: partem ipſe ad arcẽ ducit: & tumulus primo impetu eſt captus & Mago arcẽ conatus defendere: cum oĩa hoſtium plena uideret: neq; ſpem ullam eſſe: ſe arcemq; & præſidium dedidit: Quoad dedita arx eſt: cædes tota urbe paſſim factæ: nec ulli puberũ: q̃ obuius fuit: parcebatur: tum ſigno dato: cædibus finis factus.

Arx cum Magone deditur Ro.

Ad prædam uictores uerſi: quæ ingens oĩs generis fuit. Liberorũ capitum uirilis ſexus ad decẽ millia capta. Inde: q̃ ciues nouæ Carthaginis erant: dimiſit. Vrbẽq; & ſua omnia: quæ reliqua eis bellum fecerat: reſtituit. Opifices ad duo millia hoĩum erant: eos publicos fore Po. Ro. edixit cum ſpe ꝓpinqua libertatis: ſi ad miniſteria belli operã enixe nauaſſent. Cæteram multitudinẽ incolarũ iuuenũ ac ualidorũ ſuorũ in claſſem ad ſupplementũ remigum dedit. Et auxerat nauibus octo captiuis claſſem. Extra hanc multitudinẽ hiſpanorũ obſides erant. Quorum perinde ac ſi ſociorũ liberi eſſent: cura habita. Captus & apparatus ingens belli. Catapultæ maximæ ferme cẽtum uiginti: minores. cclxxxi. baliſtæ maiores. xxiii. minores. lii. ſcorpiorũ minorũq; armorũ telorũq; ingens numerus: Signa militaria. lxxiiii. Et auri argentiq; relata ad imperatorem magna uis. Pateræ aureæ fuerunt. cclxxvi. libræ ferme omnes põdo. Argenti facti ſignatiq; decem & octo millia: & . ccc. põdo. Vaſorum argenteorum magnus numerus. Hæc omnia. C. Flaminio quæſtori appenſa adnumerataq; ſunt. Tritici. xl. millia modiorum. Hordei. cclxx. At naues onerariæ. lxiii. in portu expugnatæ captæq; quædam cum ſuis oneribus: frumento: armis: ære præterea: ferro: & linteis: & ſparto: & nauali alia materia ad claſſem ædificandam: ut minimum omnium inter tantas opes bellicas. Carthago ipſa fuerit.

Catapultæ

Baliſtæ maiores

Eo die Scipio. C. Lælio cum ſociis naualibus urbem cuſtodire iuſſo: ipſe in caſtra legiones reduxit feſſoſq; milites: omnibus uno die belli operibus: quippe & qui acie dimicaſſent: & in capienda urbe tantum laboris periculiq; adiſſent: & capta cum iis: qui in arcem cõfugerant: iniquo etiam loco pugnaſſent: curare corpora iuſſit. Poſtero die militibus naualibuſq; ſociis conuocatis: primum diis immortalibus laudes: gratiaſq; egit: qui ſe nõ urbis ſolum opulentiſſimæ omnium in Hiſpania uno die compotem feciſſent: ſed ante eo cõgeſſiſſent omnis pœne Africæ: atq; Hiſpaniæ opes: ut neq; hoſtibus quicq̃ relinqueretur: & ſibi ac ſuis omnia ſupereſſent. Militum deinde uirtutem collaudauit: quod eos non eruptio hoſtiũ: non altitudo mœnium: nõ inexplorata ſtagni uada: nõ caſtellum in alto tumulo ſitum: non munitiſſima arx deterruiſſet: quo minus tranſcenderent omnia: perrumperentq;. Itaq; quãquã omnibus omnia deberet: precium tamen muralis coronæ decus eius eſſe qui primus murum aſcendiſſet: profiteretur: qui ſe dignũ eo duceret dono. Duo ꝓfeſſi ſunt. Qu. Tyberilius centurio legiõis quartæ: & . Sex. Digitius ſocius naualis. Nec ipſi tam acriter inter ſe cõtendebant: quam ſtudia excitauerant: uterq; ſui corporis hominum. Sociis. C. Lælius claſſis. Legionariis. M. Sempronius Turditanus aderat. Ea contentio cum ꝓpe ſeditiõem ueniret. Scipio tres recuperatores cum ſe daturum ꝓnunciaſſet: qui cognita cauſa: teſtibuſq; auditis: iudicarent: uter prior in oppidum tranſcendiſſet. C. Lælio: & . M. Sempronio aduocatis partis utriuſq;. Cornelium Claudium de medio adiecit: eoſq; tres recuperatores cõſidere: & cauſam cognoſcere iuſſit. Dum res eo maiore ageretur certamine: quod amoti tantæ indignitatis non tam aduocati: quam moderatores ſtudiorum fuerant. C. Lælius relicto cõſilio ad tribunal ad Scipionem accedit: eumq; docet rem ſine modo ſine modeſtia agi ac ꝓpe eſſe: ut manus etiam inter ſe cõſerant. Cæterum: ſi uis abſit: nihilominus deteſtabili exemplo rem agi. Quippe ubi fraude ac periurio decus petatur uirtutis. State hinc legionarios milites: hinc claſſicos: per omnes deos apparatos iurare magis quæ uelint: quam quæ ſe ſciant uera eſſe: & obſtringere periurio nõ ſe ſolum: ſuũq; caput: ſed ſigna militaria: & aquilas: ſacramentique religionem. Hæc ſed ad eum de ſententia. P. Cornelii: & . M. Sempronii deferre. Scipio: collaudato Lælio: ad concionem aduocauit: ꝓnunciauitq; ſe ſatis compertum habere. Qu. Tyberilium: & Sex. Digitium pariter in murum aſcendiſſe: ſeque eos ambos uirtutis cauſa coronis muralibus donare. Tum reliquos: pro ut cuiuſq; meritum uirtuſq; erat: donauit Ante omnes. C. Lælium præfectum claſſis: & omni genere laudis ſibimetipſis æquauit: & corona aurea ac. xxx. bobus donauit. Tum obſides ciuitatum Hiſpaniæ uocari iuſſit. Quorum quantus numerus fuerit: piger ſcribere: quippe ubi alibi. ccc. ferme: alibi. ccc. uigintique fuiſſe inueniam. Aeq; & alia inter auctores diſcrepant. Præſidium punicum alius. x. alius. vii. alius non plus: quam duum millium fuiſſe ſcribit. Capta alibi decem millia capitum: alibi ſupra. v. & . xx. inuenio. Scorpiones maiores minoreſue ad. lx. captos ſcripſerim: ſi auctorem græcum ſequar: Silenum. Si Valerium Antiatem: maiorum ſcorpionum ſex millia: minorum. xiii. adeo nullus mẽtiendi modus eſt. Nec de ducibus quidem cõuenit plæriq; Lælium præfuiſſe claſſi: ſunt qui. M. Iunium Syllanum dicant. Arinem præfuiſſe punico præſidio deditumq; romanis Antias Valerius. Magonem alii ſcriptores tradũt. Nõ de numero captarum nauium: nõ de põdere auri atq; argenti: & redactæ pecuniæ cõuenit. Si aliquis aſſentire neceſſe eſt: media ſimillima ueris ſunt: Cæterum Scipio: uocatis obſidibus: primum uniuerſos bonum animum habere iuſſit: ueniſſe eos in populi romani poteſtatem: qui beneficio quam metu obligare homines malit: exteraſq; gentes fide: ac ſocietate iũctas habere: quam triſti ſubiectas ſeruitio. Deinde acceptis nominibus ciuitatum: recenſuit captiuos: qui cuiuſq; populi eſſent: & nuncios domum miſit:

Recuperatores

Scriptorum uariatio

ut ad ſuos quiſq; recipiendos ueniret. Si quarum forte ciuitatum legati aderant: eis præſentibus ſuos reſtituit. Cæterorum curam benigne tuendorum. C. Flaminio quæſtori attribuit. Inter hæc e media turba obſidum mulier magno natu Mandonii uxor: qui frater Ilergetum Reguli erat: flens ad pedes imperatoris procedit: obteſtariq; cœpit: ut curam cultumq; fœminarum impenſius cuſtodibus cōmendaret: cum Scipio nihil profecto defuturum diceret: tum rurſus mulier. Haud magni iſta facimus īquit: quid enim huic fortunæ nō ſatis eſt? alia mihi cura ætatum harum intuenti. Nam ipſa extra periculum iniuriæ muliebris ſuum animū ſt mulabant ætate & forma florētes circa eam Indibilis filiæ cæteræq; nobilitate pari: quæ eam omnes pro parente colebant. Tum Scipio: Meæ Po. q; Roma. diſciplinæ cauſa facerem inquit: ne quid: quod ſanctum uſquam eſſet apud nos uiolaretur. Nunc ut id curem impenſius: ueſtra quoq; uirtus dignitaſq; facit: quæ nec in malis quidem oblitæ decoris matronalis eſtis. Spectatæ deinde integritatis uiro tradidit eas: tueriq; haud ſecus uerecunde atq; modeſte: quam ciuium cōiuges: ac matres iuſſit. Captiua deinde a militibus adducitur adulta uirgo adeo eximiæ formæ: ut quacūq; ſe uerteret: omnium cōuerteret oculos. Scipio percunctatus patriam: parenteſq; inter cætera accepit deſpōſatam eam principi celtiberorum adoleſcēti: cui Luceio nomē erat. Extemplo igitur parentibus ſpōſoq; a domo accitis: cum interim audiret deperire eum ſpōſæ amore: ubi primum uenit: accuratiore eum ſermone: quam parentes alloquitur: Iuuenis: inquit: iuuenem appello minor ſit inter nos huius ſermonis uerecundia. Ego cū ſpōſa tua uocata a militibus noſtris ad me deducta eſſet: audiremq; eam tibi cordi eſſe: & forma faceret fidē: quia ipſe: ſi frui liceret: ludo ætatis præſertim illecto: & læto legitimoq; amore & nō reſpu. animum noſtrum occupaſſet: ueniam mihi dari ſpōſam impenſius amanti uellem: tuo cuius ſpōſa eſt: amori faueo: fuit ſpōſa tua apud me: eadem: qua apud ſoceros tuos: parenteſq; ſuos uerecundia ſeruata eſt tibi: ut inuiolatum: & dignum me teque dari tibi donum poſſet: hanc mercedem unam pro eo munere paciſcor: amicus Pop. Roma. ſis: & ſi me uirum bonum credis eſſe qualem patrem patruūq; meum iam ante hæ gentes norant: ſcias multos noſtri ſimiles in ciuitate romana eſſe: nec ullum in terris populum hodie dici poſſe: quem minus tibi hoſtem: tuiſq; eſſe uelis: aut amicum malis. Adoleſcens ſimul pudore gaudioq; perculſus dextram Scipionis tenens deos omnis inuocare ad gratiam illi pro ſe referendam. Quoniā ſibi nequam ſatis facultatis pro ſuo animo: atq; illius erga ſe eſſet. Parentes inde cognatiq; uirginis appellati: qui quoniam gratis ſibi redderetur uirgo: ad quam redimendam ſatis magnum attuliſſent auri pondus: orare Scipionem: ut id ab ſe donum acciperet: cœperunt: haud minorem eius rei apud ſe gratiam fore affirmantes: quam redditæ inuiolatæ foret uirginis. Scipio quando tantopere peterent: accepturum ſe pollicitus poni ante pedes iuſſit: uocatoq; ad ſe Luceio: ſuper dotem: quam: inquit: accepturus a ſocero es: hæc tibi a me dotalia dona accedent: aurūq; tollere ac ſibi habere iuſſit. His lætus donis: honoribuſq; dimiſſus domum impleuit populares laudibus & meritis Scipionis. Veniſſe diis ſimillimū iuuenem uincentem omnia tum armis: tum benignitate ac beneficiis. Itaq; delectu clientium habito: cum mille & .cccc. equitibus intra paucos dies ad Scipionem rediit. Scipio retēto ſecum Lælio: dum captiuos obſideſq; & prædam ex cōſilio eius diſponeret ſatis omnibus cōpoſitis: data quinquereme captiuis. Magone: & quindecim fere ſenatoribus: qui ſimul cum eo capti erant: in naue impoſitis: nuncium uictoriæ Romam mittit.

Scipiōis cōtinentia

Attur Militarē meditationem

Ipſe paucos dies: quibus morari Carthagine ſtatuerat: exercendis naualibus pedeſtribuſq; copiis abſumpſit. Primo die legiones in armis quattuor millium ſpatio decurrerunt. Secundo die arma curare: & tergere ante tentoria iuſſit. Tertio die ſudibus inter ſe in modum iuſtæ pugnæ cōcurrerunt: præpilatiſq; miſſilibus iaculati ſunt. Quarto die quies data. Quinto iterum in armis decurſum eſt. Hunc ordinem laboris quietiſq;: quoad Carthagine morati ſunt: ſeruauerunt. Remigio claſſis ciues: militeſq; tranquillo in altum euecti agilitatem nauium ſimulacris naualis pugnæ experiebantur. Hæc extra urbem terra mariq; corpora ſimul: animoſq; ad bellum acuebant. Reſpu. ipſa ſtrepebat apparatu belli: fabris omnium generum in publica officina incluſis: data cuncta pari cura ſubibat. Nunc operibus aſpiciendis tempus dabat: quæq; in officinis: quæq; in armamentario: quæ ab naualibus ſociorum fabrorum multitudo plurima in ſingulos dies certamine ingenti faciebat. His ita inchoatis refectiſq; quos quaſſauerant muris: diſpoſitiſq; præſidiis: accurato iam urbis Tarraconem eſt profectus: A multis legatiōibus protinus in uia aditur: quas partim dato reſponſo: ex itinere dimiſit: partim diſtulit Tarraconem: quo omnibus nouis ueteribuſq; ſociis edixerat cōuentum. Et cuncti fere: qui cis Iberum colunt populi multiq; etiam ulterioris Hiſpaniæ cōuenerunt: Carthaginenſium duces primo ex induſtria famam captæ Carthaginis cōpreſſerant. Deinde: ut clarior res erat: quam ut tegi: ac diſſimulari poſſet: eleuabāt uerbis. Nec opinato aduentu: ac prope furto unius diei urbem unam Hiſpaniæ īterceptam: cuius rei tam paruæ & præmio elatum inſolentem iuuenem in modico gaudio ſpem magnæ uictoriæ impoſuiſſe at ubi appropinquare tres duces: tres uictores hoſtium exercitus audiſſet: occurſuram ei extemplo domeſticorum funerum memoriam. Hæc in uulgus iactabant: haud quaquam ipſi ignari: quantum ſibi ad omnia iurium Carthagine amiſſa deceſſiſſet.

# TITI LIVII PATAVINI HISTORICI DE SECVNDO BELLO PVNI. LIBER SEPTIMVS.

HIC STATVS Rerum Hiſpaniæ erat. In Italia aűt cőſul Marcellus Salapia per ꝓditionem recepta: Maroneã & Meles de ſamnitibus ui cœpit. Ad tria millia militum ibi Annibalis: quæ præſidii cauſa relicta erant oppreſſa. Prædæ aliquãtum eius militi fuit cőceſſum. Tritici quoq; .ccl. millia modium: & .cx. millia hordei inuenta. Cæterum nequaquã inde tantum gaudii fuit: quanta clades intra paucos dies accepta eſt: haud ꝓcul ab urbe Herdonea. Caſtra ibi. Gn. Fuluius ꝓconſul habebat ſpe recipiendæ Herdoneæ: quæ poſt cannenſem cladem a romanis defecerat: nec loco ſatis tuto poſita nec præſidio firmata. Negligentiam inſitam ingenio ducis augebat ſpes ea: quod labare iis aduerſus pœnum fidem ſenſerat: poſteaquam Salapia amiſſa exceſſiſſe his locis Annibalem in Brutios auditum eſt. Ab Herdonea ea omnia per occultos nuncios delata Annibali ſimul curam ſociæ retinendæ urbis: & ſpem fecere incautum hoſtem aggrediendi. Exercitu expedito: ita ut famam ꝓpe ꝑueniret: magnis itineribus ad Herdoneam cőtendit: & quo plus terroris hoſti obiiceret: acie inſtructa acceſſit. Pari audacia romanus: cőſilio & uiribus impar: copiis raptim eductis conflixit. Quinta legio & ſiniſtra ala acriter pugnam inierunt. Cæterum Annibal: ſigno equitibus dato: ut cum pedeſtres equiteſq; occupaſſent: ꝑſenti certamine oculos: animoſq; circũuecti: pars caſtra hoſtium pars tergo oppugnantium inuaderent. Ipſe in. Gn. Fuluii ſimilitudinem nominis: quod Gn. Fuluium ꝑtorem biennio ante in his deuicerat locis increpans: ſimilem euentum pugnæ fore affirmabat. Neq; ea ſpes uana fuit. Nam cum cőmunis acie & peditum certamine multi cecidiſſent romanorum: ſtarent tamen ordines ſignaq;: equeſtres a tergo tumultus ſimul a caſtris clamor hoſtilis auditus: ſextam legionem antequam in ſecunda acie poſita prior: a numidis turbata eſt. Quintam deinde: atque eos qui ad prima ſigna erant: auertit. Pars in fugam effuſa pars in medio cæſa: ubi & ipſe. Gn. Fuluius cum duodecim tribunis militum cecidit. Romanorum ſociorũq; quot cæſa in eo ꝓlio millia ſint: quis pro certo affirmet: cum tredecim millia alibi: alibi haud plus quã ſeptem inueniam? Caſtris ꝑdaq; uictor potitur. Herdoneam quia & defecturam fuiſſe ad romanos cőperit: nec manſuram in fide: ſi inde abſceſſiſſet: multitudine omni Metapőtum ac turios traducta incendit. Occiditq; principes: qui cum Fuluio colloquia occulta habuiſſe compti ſunt: Romani q ex tanta clade euaſerant: diuerſis itineribus ſemiermes ad Marcellũ conſulem in Samnium cőfugerűt. Marcellus nihil admodũ tanta clade territus litteras Romã ad ſenatum de duce: & exercitu ad Herdoneam amiſſo ſcribit. Cæter̃ eundem ſe qui poſt cannenſem pugnã ferocẽ uictoria Annibalem contuderit ire aduerſus eum: breueq; illi lætitiam: qua exulta: facturum.

Cædes romanorũ ad Herdoneam

Et Romæ quidem luctus tum ingens ex ꝑterito: tum timore in futurum erat. Conſul ex Samnio in Lucanos tranſgreſſus ad Muniſtronem in conſpectu Annibalis loco plano: cum pœnus collem teneret: poſuit caſtra: addidit & aliam fidentis ſpeciẽ: quod prior in aciẽ eduxit. Nec detractauit Annibal: ut ſigna portis efferri uidit. Ita tamẽ aciẽ inſtruxerunt: ut pœnus dextrum cornu in collem erigeret: romani ſiniſtrum ad oppidum applicarent. Ab hora tertia cum ad noctem pugnam extendiſſent: feſſæq; pugnando primæ acies eſſent: a romanis prima legio: & dextra ala ab Annibale hiſpani milites & funditores baleares: elephanti quoq;: cőmiſſo iam certamine: in prælium acti. Diu pugna neutro inclinata ſtetit. Primæ legioni tertia: dexteræ alæ ſiniſtra ſubiit. Et apud hoſtes integri a feſſis pugnam accepere. Nouum atq; atrox prælium ex tam ſegni repẽte exarſit: recẽtibus animis: corporibuſq;. Sed nox incerta uictoria diremit pugnantes. Poſtero die romani a ſole orto in multum diei ſtetere in acie: ubi nemo hoſtium aduerſus prodiit: ſpolia per otium legere: & congeſtos in unum locum cremauere ſuos. Nocte inſequenti Annibal ſilẽtio mouit caſtra: & in Appuliam abiit. Marcellus ubi lux fugam hoſtium aperuit: ſauciis cum ꝑſidio modico. Numiſtrone relictis: præpoſitoq; his. L. Furio Purpurione tribuno militum: ueſtigiis inſtitit ſequi. Ad Venuſiam cum adeptus ẽ. Ibi ꝑ dies aliquot cum a ſtationibus procurſaretur: mixta equitum peditumq; tumultuoſa magis prælia quam magna: & ferme omnia romanis ſecũda fuerunt. Inde ꝑ Appuliam ducti exercitus ſine ullo memorato certamine cum Annibal nocte ſigna moueret locum inſidiis q̃rẽs. Marcellus niſi certa luce: & explorato ante non ſequeret᷑. Capuæ interim Flaccus dum bonis principum uẽdendis agro: qui publicatus fuerat: locando: locauit aűt omne frumẽtum: tẽpus terit: ne deeſſet materia in campanos ſæuiẽdi: nouum in occulto gliſcẽs ꝑ indicium protractum ẽ facinus: milites ædificiis ẽmotos: ſimul ut cũ agro tecta urbis fruẽda locarentur: ſimul metuẽs: ne ſuũ quoq; exercitum ſicut Annibalis nimia urbis amœnitas emolliret in portis muriſq; ſimetipſos tecta militariter coegerat ædificare. Erant autẽ plæraq; ex cratibus aut tabulis facta: alia arundine texta: ſtramẽto intecta: omne uelut de induſtria alimẽtis ignis. Hæc noctis una hora ut omuia incenderent. clxx. campani principibus fratribus Bloſiis coniurauerant. Indicio eius rei ex familia Bloſiorum facto portis: repente iuſſu proconſulis clauſis: cum ad arma ſigno dato milites concurriſſent: compræhenſi: omnes qui innoxia erant & quæſtione acriter habita: damnati: necatiq;. Indicibns libertas: & æris dena millia data. Nucerinos: & acerranos querentes ubi habitarent non eſſe: Acerris ex parte incenſis. Nuceria deleta. Romam Fuluius ad ſenatum miſit. Acerranis permiſſum: ut ædificarent: quæ incenſa erant. Nucerini Atellam: quia id maluerant. Attellanis Galatiam migrare iuſſis: traducti. Inter multas magnaſq; res quæ nunc ſecundæ: nunc aduerſæ occupabant cogitationes hominum: ne tarentinæ quidem arcis excidit memoria. M. Ogulin⁹:

Pto. numiſtrum uocat & Plynius Numiſtranos nominat uterq; in brutiis

Numiſtrone potius

Noua cãpanorũ coniuratio

&.P.Aquilius in Ethruriam legati ad frumētum coemēdum: quod Tarentū portaretur ꝓfecti: & mille milites de exercitu urbano: par numerus romanoꝝ ſociorūq; eodē in præſidium cū frumēto miſſi ſunt. Iam æſtas in exitu erat: comitiorūq; cōſularium inſtabat tēpus: Sed litteræ Marcelli negantis e repu. eſſe ueſtigium abſcedi ab Annibale: cui cedēti cētameq; abnuenti grauius ipſe inſtaret: curam iniecerant: ne aut cōſulem Marcellum tum maxime res agētem a bello auocarent: aut in annū cōſules deeſſent. Optimū uiſum eſt: quāquā extra Italiam eſſet potius Valerium cōſulem ex Sicilia reuocare. Ad eum litteræ iuſſu ſenatus a.L.Manlio prætore urbis miſſæ cum litteris conſulis.M.Marcelli ut ex iis noſceret: quæ cauſa patribus eum potius: quam collegā reuocandi ex ꝓuincia eſſet. Eo forte tempore Romā legati a rege Syphace uenerunt: quæ iis prælia ꝓſpera cum Carthaginēſibus feciſſet memorantes. Regem nec inimiciorem ulli populo quam Carthaginēſi: nec amiciorem: quam romano affirmabāt eſſe miſiſſe eum antea legatos in Hiſpaniam ad.Cn.&.P.Cornelios impatores romanos: nūc ab ipſo uelut fonte petere romanam amicitiam uoluiſſe. Senatus nō legatis modo benigne reſpondit: ſed ipſe legatos cum donis ad regē miſit.L.Geminum Petellium.P.Pompilium. Dona tulere togam: & tunicam purpuream: ſellam eburneam: pateram ex quinq; pōdo auri factam. Protinus & alios Africæ regulos iuſſit adire: iis quoq;: quæ darētur portatæ togæ prætextæ: & ternæ pondo pateræ aureæ. Et alexandriam ad Ptolemæum & Cleopatram reges.M.Attilius: &.M.Acilius legati ad cōmemorandam reuocandamq; amicitiam miſſi dona tulere. Regi togam: tunicam purpuream cum ſella eburnea. Reginæ pallam pictam cū amiculo purpureo. Multa ea æſtate: qua hæc facta ſunt ex propinquis urbibus: agriſq; nunciata ſunt prodigia. Tuſculi agnum cum ubere lactanti natum. Iouis ædis culmen fulmine ictum: ac prope omni tecto nudatū. Iſdem ferme diebus Anagniæ terram ante portam ictam diem ac noctem ſine ullo ignis alimento arſiſſe. Et aues ad compitum anagninum in loco Dianæ nidos ī arboribus reliquiſſe. Tarracinæ in mare haud procul portu angues magnitudinis miræ laſciuientium piſcium more exultaſſe. Tarquiniis porcum cū ore humano genitum: & in agro capenate ad lucum Feroniæ.iiii.ſigna ſanguine multo diem ac noctem ſudaſſe. Hæc prodigia hoſtiis maioribus procurata decreto pontificum: & ſupplicatio diem unum Romæ ad oīa puluinaria. Alteꝝ & in capenate agro ad Feroniæ lucum indicta.M. Valerius Cōſul litteris excitus ꝓuincia exercituq; mādato Cincio p̄tori.M.Valerio Meſſalæ p̄fecto claſſis cum parte nauium ī africā p̄datum ſimul ſpeculatumq;: quæ populus carthaginenſis pararet agereted;: mi[illegible]: ipſe.x.nauibꝰ Romā ꝓfectus: cum ꝓſpere perueniſſet: ſenatum habuit. Vbi de ſuis rebus geſtis cōmemorauit: cum annos prope.lx.in Siciliam terra mariq; magnis Sæpe cladibus bellatum eſſet: ſe eam ꝓuinciam confeciſſe: neminem carthaginēſem in Sicilia eſſe: neminem ſiculum: qui metu inde fugati abfuerint: eſſe omnes in urbes agroſq; ſuos reductos arare ſerere: deſertam coliq; terram tandem frugiferam: ipſis cultoribus: populoq; romano pace ac bello fidiſſimum: atq; annonæ ſubſidium. Exinde Mutinæ: & ſi quorum aliorum merita erga populum romanum erant in ſenatum introductis honores omnibus ad exoluendam fidem a conſule habiti. Mutines etiam ciuis romanus factus: rogatione a tribuno ple.ex auctoritate patrum ad plebem lata. Dum hæc Romæ geruntur.M.Valerius Meſſalla quinquaginta nauibus cum ante lucem ad Africam acceſſiſſet: improuiſam in agro uticenſi excurſionem fecit. Eumq; depopulatus late multis mortalibus cum alia omnis generis præda captis: ad naues rediit: & ad Siciliam tranſmiſit tertiodecimo die quam profectus erat: inde Lylibeum reuectus. Ex captiuis: quæſtione habita: hæc comperta: cōſuliq; Leuino omnia ordine perſcripta: ut ſciret quo ordine: uel quo in ſtatu Africæ res eſſent. Quinq; millia numidarum cum maſiniſſa Galæ filio acerrimo iuuene carthagine eſſe: & alios per totam Africam milites mercede conduci: qui in Hiſpaniam ad Aſdrubalem traiicerentur: ut iis quam maximo exercitu primo quoq; tempore in Italiam trangreſſus iungeret ſe Annibali in eo poſitam uictoriam credere carthaginenſe. Claſſem præterea ingentem apparari ad Siciliam repetendam: eamq; ſe credere breui traiecturam. Hæc recitata a conſule ita mouere ſenatum: ut non expectanda comitia conſuli cenſerent: ſed dictatore comitiorum habendorum cauſa dicto: extemplo in prouinciam redeundum. Illa diſceptatio tenebat: quod conſul in Sicilia ſe.M.Valerium meſſallam: qui tum claſſi præeſſet: dictatorem dicturum eſſe iacebat. Patres extra romanum agrum (eum autem Italia terminari) negabant dictatorem dici poſſe.M. Lucretius tribunus ple: cum de ea re conſuleretur: ita decreui ſenatus ut conſul prius quam ab urbe diſcederet: populū rogaret: quem dictatorem dici placeret: eumq;: quem populus iuſſiſſet: diceret: dictatorem: ſi conſul noluiſſet: prætor urbanus populum rogaret. Si ne is quidem uellet: tum tribuni ad plebem ferrent. Cum cōſul ſe populum rogaturum negaſſet: quod ſuæ poteſtatis eſſet prætoremq; uetuiſſet rogare: tribuni plebis rogarunt: plebeſq; ſciuit ut Fuluius: qui tum ad capuam erat: dictator diceretur. Sed quo die id plebis conſilium futurum erat conſul clam nocte in Siciliam abiit: deſtitutiq; patres litteras ad.M.Claudiū mittendas cenſuerunt: ut deſertæ reip. a collega ſubueniret: diceretq;: quem populus iuſſiſſet dictatorem. Ita a Marcello conſule Fuluius dictator dictus. Et ex eodē plebiſcito a Fuluio dictatore.P.Licinius Craſſus pontifex maximus magiſter equitum dictus Dictator poſteaq; Romam uenit.Cn. Semproniū Bleſum legatum: quem ad Capuam habuerat: in Ethruriam prouinciam ad exercitum miſit in locum Calphurnii prætoris: quem ut capuæ exercituiq; ſuo præeſſet literis exciuit. Ipſe comitia: in quem diem primum potuit: eduxit: quæ certamine inter tribunos dictatoremq; iniecto: perfici non potuerant. Galeria iuniorum: quæ forte prærogatiua erat. Quintum Fabium conſules dixerat: eodemq; iure uocatæ reliq inclinaſſent: ni tribunis ple.C.&.L.Ariani interpoſuiſſent: qui neq; magiſtratum continuari ſatis ciuile

Legati Syphacis romam miſſi

Ptolemæum Cleopatra

Mutines ciuis ro. Factus

eſſe aiebant: & multo fœdioris exempli eum ipſum creari: qui comitia haberet. Itaq; ſi ſuum nomen dictator acciperet: ſe comitiis interceſſuros ſi aliorum præterq̃ ipſius ratio haberetur: comitiis ſe morā non facere. Dictator cauſam comitiorum auctoritate ſenatus: plebiſcito: exemploq; tutabatur. Namq;. Gn. Seruilio conſule: cum Flaminius alter conſul ad Thraſymenum cecidiſſet: ex auctoritate patrum ad plebem latum: plebéq; ſciuiſſe. ut quo ad bellum in Italia eſſet: ex iis qui conſules fuiſſent: quos: & quotiens uellet: reficiendi conſules populo ius eſſet: exemplúq; ea in re uetus ſe habere. L. Poſthumi Metelli: qui interrex iis comitiis: quæ ipſe habuiſſet: conſul cum. Gn. Iunio Bibulo creatus eſſet receſq;. Qu. Fabii: qui ſibi continuari conſulatum: niſi id bono publico fieret: profecto nunq̃ ſciuiſſet. His oratiōibus cum diu certatum eſſet: poſtremo ita inter dictatorem & tribunos conuenit: ut eo quod cenſuiſſet ſenatus: ſtaretur. Patribus id tempus reip. uiſum eſt: ut per ueteres: & expertos belliq; peritos imperatores reſp. gereretur. Itaq; moram fieri comitiis non placere. Concedentibus tribunis comitia habita. Declarati cōſules. Qu. Fabius Maximus quintum. Qu. Flaccus. Fuluius. iii. Pretores creati. L. Veturius Philo. & . T. Quinti[us] Criſpinus. C. Hoſtilius Tubulus. C. Aurunculeius. Magiſtratibus in annum creatis. Qu. Fuluius dictatura ſe abdicauit. Extremo æſtatis eius claſſis punica nauium. xxx. cum præfecto Amilcare in Sardiniā traiecta: olbienſem primo: deinde poſteaq̃ ibi. P. Manlius Volſo prætor cum exercitu apparuit: circumacta inde ad alterum inſulæ latus calaritanum agrum uaſtauit: & cum præda omnis generis in Africam rediit. Sacerdotes romani eo anno mortui aliquot: ſuffectiq;. C. Seruilius pontifex factus in locum. T. Octacilii Craſſi. Decemuiri item ſacris facundiis in locum. T. Sempronii. T. F. longi. T. Sempronius. C. F. longus ſuffectus. M. Martius rex ſacrorum mortuus eſt: &. M. Aemilyus Papp[us] Maximus Curio neq; in eorum locum ſacerdotes eo anno ſuffecti. Et cenſores hic annus habuit. L. Vulturnum Philonē: &. P. Licinium Craſſum pōtificem maximū. Craſſus. Licinius: nec conſul: nec prætor ante fuerat: quam cenſor eſt effectus. Ex ædilitate gradum ad cenſuram fecit. Hi cēſores neq; ſenatum legerunt: nec quicquā reip. egerunt. Mors diremit. L. Veturium. Inde & Licinius cēſura ſe abdicauit. Aediles curules Veturius: &. P. Licinius Varus ludos romanos diem unum inſtaurarunt. Aediles plebis. Qu. Cautius: &. L. portius Licinius ex mulctatitio argento ſigna ænea ad cereris dederet: & ludos pro temporis huius copia magnifici apparatus fecere. Exitu anni huius die. iiii. &. xxx. qua a Sarracone profectus erat. Lælius Romā uenit legatus Scipionis: is cum agmine captiuorum ingreſſus urbem magnum concurſum hominum fecit. Poſtero die in ſenatum introductus captam Carthaginem caput Hiſpaniæ uno die receptaſq; aliquot urbes: quæ defeciſſent: nouaſq; in ſocietatem aſcitas expoſuit. Ex captiuis comperta his fere congruentia: quæ in litteris fuerant. M. Valerii Meſſallæ: maxime mouit patres Aſdrubalis tranſitus in Italiam uix Annibali atq; eius armis ſubſiſtentem. Productus in concionem Lællius eadem diſſeruit: Senatus ob res fœliciter a Scipiōe geſtas ſupplicationes in unum diem decreuit. C. Lællium primo quoq; tempore: cum quibus uenerat nauibus: redire in Hiſpaniam iuſſit. Carthaginis expugnationem in hunc annum contuli multis auctoribus: haud neſcius quoſdam eſſe: qui anno inſequenti captam tradiderint: quod mihi minus ſimile ueri uiſum eſt annum integrum Scipionē nihil gerendo in Hiſpania conſumpſiſſe. Qu. Fabio. Maximo quintum. Qu. Fuluio Flacco tertio. Conſulibus idibus martiis: quo die magiſtratū inierunt. Italia ambobus prouincia decreta. Regionibus tamen partitum imperium. Fabius ad Tarentum: Fuluius in lucanis ac brutiis rem gereret. M. Cludio prorogatum in annum imperium. Prætores ſortiti prouincias. C. Hoſtilius Tribulus urbanam. L. Veturius Philo peregrinam cum Gallia. T. Quintius Criſpinus Capuam. C. Aurūculeius Sardiniam. Exercitus ita per prouincias diuiſi Fuluio duæ legiones: quas in Sicilia Valerius Leuinus haberet. Qu. Fabio: quibus in Ethruria. C. Calphurnius præeſſet. Exercitus urbanus ut in Ethruriam ſuccederet. Caius Calphurnius eidem præeſſet prouinciæ exercituiq; quem. Qu. Fuluius habuiſſet. Capuam exercitumq;. Quintius obtineret. C. Hoſtilius ab. Gn. Lectorio proconſule prouinciam exercitumq;: qui tum iam Arimini erat: acciperet. M. Marcello: qui conſul bene rem geſſerat: legiones decretæ. M. Valerio cum. L. Cincio: his quoq; eſt prorogatum in Sicilia imperiū: Cannenſis exercitus datus: eumq; ſupplere ex militibus: qui ex legionibus. Gn. Fuluii ſupereſſent: iuſſi. Conquiſitos eos conſu. in Siciliam miſerunt: additaq; eadem militiæ ignominia: ſub qua cannenſes militabant: quinq; ex prætoris. C. Fuluii exercitu ob ſimilis iram fugæ miſſi eo ab ſenatu fuerant. C. Aurūculeio eædem in Sardiniam legiones: quibus. P. Manlius Volſo: qui eam prouinciam obtinuerat: decretæ. P. Sulpitio eadem legione: eademq; claſſe Macedoniam obtinere iuſſo prorogatum in annum imperium. xxx. quinqueremes ex Sicilia Tarentum ad Fabium conſulem mitti iuſſæ: cætera claſſe placere prædatum in Africam: & ipſum. M. Valerium Leuinum traiicere: ſeu. L. Cincium: ſeu. M. Valeriū Meſſalam uellet. Nec de Hiſpania quicquam mutatum: niſi quod non in annum Scipioni Syllanoq; ſed donec reuocati a ſenatu forent: prorogatum imperium eſt: ita prouinciæ exercituſq; in eum locum partita imperia. Inter maiorum rerum curas comitia Maximi Curionis: cum in locum. M. Aemylii ſacerdos crearetur: uetus excitauerunt certamen. Patriciis negantibus. C. Manlii Attelii qui unus fuit ex plebe potens: rationem eſſe habendam: quia nemo ante eum: niſi ex patribus id ſacerdotiū habuiſſet. Tribuni appellati ad ſenatum reiecerunt. Senatus populo poteſtatem fecit. Ita primus ex plebe creatus Maximus Curio. C. Manlius Attelius. Et flaminem dialem inuitum augurari coegit. P. Licinius pontifex Maximus. C. Valerium Flaccum decemuirum ſacris faciundis Creatus in locum Mutii ſcæuolæ demortui. C. Lectorius. Cauſam inaugurare coacti flaminis libens reticuiſſem: ni ex mala fama in bonam uertiſſet.

Fabius Maxi. Qu. Fuluius Flaccus conſ.

Prouinciæ conſulibus & prætoribus decretæ

O adoleſcentiam negligentem:luxurioſamq;.C.Flaccus flamen captus a.P.Licenio pontifice maximo.
L.Flacco fratri germano:cognatiſq; aliis ob eadem uitia iuiſus.Is ut animum eius cura ſacrorum & cæ-
rimoniarum cepit:ita repente exuit antiquos mores:ut nemo tota iuuentute haberetur prior:nec proba-
tior prioribus patrum ſuis pariter alieniſq; eſſet.Huius famæ conſenſu elatus ad iuſtam fiduciam ſui rē
intermiſſam per multos annos ob indignitatem flaminum priorum repetiuit:ut in ſenatum introiret.In
greſſum eum curiam cum.L.Licinius prætor inde eduxiſſet tribu.ple.appellauit flamen.Vetuſtum ius ſa
cerdotii repetebat:datum id cum toga prætexta & ſella curuli:& Flaminio eſſe:prætor non exoletis uetu-
ſtate annalium exemplis ſtare ius:ſed recentiſſime cuiuſq; cōſuetudinis uſu uolebat:nec patrum:nec auo-
rum memoria dialem quenq̄ id ius uſurpaſſe tribuni rem inertia flaminum oblitteratam ipſis non ſacer
dotio damno fuiſſe:cum equum cenſuiſſent:ne ipſo quidem contra tendente prætore: & magno aſſenſu
patrum plebiſue flaminem in ſenatum introduxerunt:Omnibus ita exiſtimantibus magis ſanctitate ui-
tæ:quam ſacerdotii iure rem eam flaminem obtinuiſſe.Conſules priuſq̄ in prouincias irent:duas urba-
nas legiones in ſupplementum quantum opus erat:cæteris exercitibus:militum ſcripſerunt.Vrbanum
ueterem exercitum Fuluius conſul.Gn.Fuluio Flacco legato:frater hic conſulis erat:in Ethruriam dedit
ducendum.Et legiones quæ in Ethruria erant.Romani deducendas.Et Fabius conſul reliquias exerci-
tus Fuluiani conquiſitas(fuerunt autem ad tria millia.cccxxxvi.)Qu.Maximum filium ducere in Sici
liam ad.M.Valerium proconſulem iuſſit:atq; ab eo duas legiones:& triginta quinqueremes accipere.
Nihil hæ eductæ ex inſula legiones minuerunt nec uiribus:nec ſpe eius prouinciæ præſidium.Nam cū
præter egregie ſuppletas duas ueteres legiones tranſfugarum etiam numidarum equitū: peditumq; ma
gnam uim haberet:ſiculos quoq;:qui in exercitu Epicidis aut pœnorum fuerant:belli peritos uiros mi-
lites ſcripſit.Ea externa auxilia cum ſingulis romanis legionibus adiunxiſſet:duorum ſpeciem exercitu-
um ſeruauit.Altero.L.Cincium partem inſulæ:qua regnum Hieronis fuerat:tueri iuſſit.Altero ipſe cæ-
teram inſulam tuebatur:diuiſam quondam romani imperii:puniciq; finibus Claſſis quoq; nauium ſe-
ptuaginta parata ut omni ambitu littorum præſidio oræ maritimæ eſſent: ipſe cum Mutinis equitatu
prouinciam peragrabat:ut uiſeret agros:cultaq; ab incultis notaret & perinde dominos laudaret:caſtiga-
retq;.Ita tantum ea cura frumenti prouenit:ut & Romam mitteret:& Catinam conueheret: unde ex-
ercitui: qui ad Tarentum æſtiua acturus eſſet poſſit præberi.Cæterum tranſportati milites in Sicili-
am & erat maior pars latini nominis:ſociorumq; prope magni motus cauſa fuere:adeo ex paruis ſæpe
magnarum momenta rerum pendent.Fremitus enim inter latinos:ſocioſq; in conſiliis ortus:decimum
annum delectibus & ſtipendiis exhauſtos eſſe.Quotannis ferme clade magna pugnare:alios in acie occi
di: alios morbo abſumi: magis perire ſibi ciuem: qui a romano miles lectus ſit: quam qui a pœno
captus.Quippe ab hoſte gratis remitti in patriam a romanis extra Italiam in exilium ueriuſ:quam in
militiam allegare.Octauum iam ſibi annum ſeneſcere cannenſem militem moriturum:antequam Ita-
lia hoſtis abſcedat.Quippe nunc cū maxime florēs uiribus excedat:ſi ueteres milites nō redeant in patriā
noui legātur:breui nemīnē ſuperfuturū.Itaq; quod propediē res ipſa negatura ſit prius quam ad ultimā
ſolitudinē atq; egeſtatem peruenīant:negandum.Po.Ro.eſſe:ſi conſentiētes in hoc ſocios uideant romani:
pfecto de pace cum carthaginenſibus iūgenda cogitaturos.Aliter nunquam uiuo Annibale ſine bello Ita,
liam fore.Hæc acta in conſiliis.xxx.tum coloniæ.Po.Ro.erant:ex iis.xii.cum omniū legationes eſſent

Coloniarū & urbiū latini noīs cogitata defectio

Romæ:negauerunt conſulibus eſſe:unde milites pecuniamq; darent.Eæ fuere Ardea:Nepetes.Sutrium
Minturnæ:Iuturna:Alta:Carſeoli:Sueſſa:Cære:Lacates:Narnia:Interamna:Noua re conſules icti cum
abſterrere eos a tam deteſtabili conſilio uellent:& caſtigando increpandoq;:pluſquā leniter agendo:profe
cturos rati:eos auſos eſſe:conſulibus dicere aiebant:quod conſules in ſenatu:ut pnunciarēt:in animum
inducere nō poſſent.Non enim detrectationē eam numerū militiæ: ſed apertam defectionem a Po.Ro.
eſſe.Redirent itaq; propere in colonias:& tanquam integra re locuti magis quam auſi: tantum nefas cū
ſuis conſulerent.Admonerent non campanos neq; tarentinos eos eſſe:ſed romanos:inde oriundos:inde
in colonias:atq; in agrum bello captum ſtirpis augendæ cauſa miſſos.Quæ liberi parentibus deberent:
ea illos romanis debere:ſi ulla pietas:ſi memoria antiquæ patriæ eſſet.Conſulerent igitur de integro: nam
tum quidem:quæ temere agitaſſent:ea prodendi imperii Romani tradendi Annibali uictori eſſet.Cum
alterius hæc conſules diu iactaſſent: nihil moti legati: neq; ſe quod domum renunciarent: habere di-
xerunt: ſenatum ſuum quid noui conſuleret: ubi nec miles:qui legeretur: nec pecunia:quæ daretur:in
ſtipendium eſſet.Cum obſtinatos eos uiderent conſules rem ad ſenatum detulerunt.Vbi tantus pa-
uor hominum animis eſt iniectus:ut magna pars actum de imperio diceret.Idem alias colonias fa-
cturas.Idem ſocios conſenſiſſe omnes ad prodendam Annibali urbem Romam.Conſules hortari &
conſolari ſenatum: & dicere alias colonias in fide atq; officio priſtino fore.Eas quoq; ipſas:quæ offi-
cio deceſſiſſent:ſi legati circa eas colonias mittātur:qui caſtigēt:non qui pcentur: uerecundiam imperii
habituras eſſe.Permiſſum a ſenatu iis cum eſſet:agerēt:facerēt: ut e republi.ducerēt:temptatis prius alia
rum coloniarum animis:citauerunt:ut legatos:quæſiueruntq; ab iis:ecquid milites ex formula paratos
haberent.Pro duodeuiginti colonis.M.Sextilius Fregellanus reſpōdit:& milites paratos ex formula eſ-
ſe:& ſi pluribus opus eſſet:pluris daturos:& quicquid aliud imperaret:ueletq; Po.Romanus enixe fa
cturos:ad id ſibi neq; opes deeſſe:animum etiam ſupereſſe.Conſules ſibi parum uideri præfati pro meri-
to eorum ſua uoce collaudari eos:niſi uniuerſi patres in curia gratias egiſſent:ſequi in ſenatum eos iuſſe-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

runt. Senatus quam poterat honoratiſſimo decreto: allocutus eos: mandat cõſulibus: ut ad populũ quo-
q; eos producerent: & inter multa alia præclara: quæ ipſis maioribuſq; ſuis præſtitiſſent: recens etiam me-
ritum eorum in rempu. commemorarent. Ne nunc quidem poſt tot ſæcula ſileantur fraudenturue laude
ſua: Signini fuere: & nolani: & norbani: ſatriculaniq;: & brunduſini: & fragellani: & nuncerini: & adria-
ni: & firmani: & ariminenſes. Et altero mari pontiani: & peſtani: & conſani. Et mediterranei beneuenta-
ni: & ſemini: & ſpoletani: & placentini: & cremoneſes. Harum coloniarum ſubſidio: tum imperium Po-
pu. Roma. ſtetit: iiſq; gratiæ & in ſenatu: & ad populum actæ: duodecim aliarum coloniarum: quæ de-
tractauerunt imperium: mentiones patres fieri uetuerunt. Neq; illos dimitti: neq; retineri: neq; appellari
a conſulibus. Et tacta caſtigatio maxime ex dignitate populi romani uiſa eſt. Cætera expedientibus: quæ
ad bellum opus erant conſulibus aurum uiceſimarium: quod in ſanctiore ærario ad ultimos caſus ſerua-

Aurũ in ceſimariũ qngẽta põdo nã qnquagĩta data ſtultũ eſt credere ꝓdigia

batur: promi placuit: prompta ad quattuor millia pondo auri. Inde quinquaginta pondo data conſuli-
bus: & M. Marcello: & P. Sulpicio procõſ. & L. Veturio prætori: qui Galliam prouinciam ſortit⁹ erat
Additumq; Fabio conſ. c. pondo auri præcipuum: quod in arcem Tarẽtinam portaretur. Cætero auro
uſi ſunt ad ueſtimenta pecunia præſenti locanda exercitui: qui in Hiſpani bellũ ſua ſecunda fama duciſq;
gerebat. Prodigia quoq; prius quam conſules proficiſcerentur: procurari placuit. In Albano mõte tacta
de cælo erant: ſignum Iouis: alborq; tẽplo propiqua: & oſtiæ lacus: & Capuæ murus. Fortunæq; ædes:
& Sinueſſæ murus portaq; hæc de cælo tacta: Cruentam etiam aquam fluxiſſe albanam quidam aucto-
res erant. Et Romæ intra cellam ædis Fortunæ Fortis de capite ſignũ: quod in corona erat in manu ſpõ-
te ſua prolapſum: & Priuerni ſatis conſtabat bouem eſſe locutum: uulturemq; frequenti foro in tabernã
deuolaſſe. Et Sinueſſæ natum ambiguo inter marem & fœminam ſexu infantem: quos androgynos uul-
gus: ut plæraq; faciliore ad publicanda uerba græco ſermone appellat. Et lacte pluuiſſe. Et cum elaphã-
ti capite puerum natum. Ea prodigia hoſtis maioribus procurata. Et ſupplicatio circa omnia puluina-
ria. Obſecratio in unum diem indicta. Et decretum ut. Gn. Hoſtilius prætor ludos Apollinis: ſicut his
annis uoti factiq; erant: uoueret: faceretq;. Per eos dies & cenſoribus creandis. Q. Fuluius conſul comi-
tia habuit. Creati cenſores ambo: qui nondum conſules fuerãt. M. Cornelius Cethegus. P. Sempronius
Tuditanus: Cenſores ut agrum campanum fruendum locarent ex auctoritate patrum latum in plebem

Androgynus qd ſit

eſt: plebeſq; ſciuit. Senatus lectionem contentio inter cenſores de principe legendo tenuit. Sempronii
lectio erat. Cæterum Cornelius morem traditum a patribus ſequendum aiebat: ut qui primus cenſor
ex iis qui uiuerent: fuiſſe eum principem legerẽt. Is. L. Manlius Torquatus erat. Sempronius: cui dii ſor-
tem legendi dediſſent: & ius liberum eoſdem dediſſe deos: ſe id ſuo arbitrio facturum lecturumq;. Q.
Fabium Maximum: quem tum principem romanæ ciuitatis eſſe uel Annibale iudice dicturus eẽt. Cum
diu certatum eſſet uerbis: concedente collega: lectus a Sempronio princeps in ſenatum. Q. Fabius Maxi-
mus conſul. Inde alius lectus ſenatus: octo ꝑteritis: inter quos. M. Cecilius Metellus infamis auctor deſe-
rendæ Italiæ poſt cannenſem cladem. In equeſtribus quoq; notis eadem ſeruata cauſa: ſed erant perpauci:
quos ea ĩfamia attingeret. Illis omnibus & multi erant adempti equi: qui cannenſium legionum equites
in Sicilia erant. Addiderunt acerbitati etiam tempus: ne præterita ſtipendia procederent: iis qui equo pu-
blico meruerant: ſed dena ſtipendia equis priuatis facerent. Magnum præterea numerum eorum conq-
ſierunt: qui equo mereri deberent: atq; ex iis: qui principio eius belli ſedecim annos nati fuerant: neq; mi-
litauerant omnes ærarios feceruut. Locauerunt inde reficienda: quæ circa forum incendio cõſumpta erãt.
vii. tabernas: macellum: atrium: regiam. Tranſactis omnibus: quæ agenda erant: conſules ad bellum pro-
fecti. Prior Fuluius prægreſſus Capuam. Poſt paucos dies conſecutus Fabius: qui at collegam corã ob-
teſtatus: & Marcellum per litteras quam acerrimo bello detineret Annibalem: dum ipſe Tarentum op-
pugnaret. Ea urbe adempta hoſti undique pulſo: nec ubi conſiſteret: nec qui fidum reſpiceret: habenti ne
remorandi quidem cauſam in Italia fore. Regium etiam nuncium mittit ad præfectum præſidii: quod
a Leuino conſ. aduerſus brutios ibi locatum erat. Viii. millia hominum: pars maxima ab Agatirna: ſi-
cut antea dictum eſt: ex Sicilia traducta: rapto itinere hominũ aſſuetorum. Additi erant brutiorum in-
diem perfugæ & audaciæ & audiendi omnia neceſſitatibus pares. Hanc manum ad brutium agrum pri-
mum depopulandum duci iuſſit: inde ad Cauloniam urbem oppugnandum. Imperata non impigere ſo-
lum: ſed etiam auide executi: direptis fugatiſq; cultoribus agri: ſumma ui urbem oppugnabant. Marcel-
lus & conſulis litteris excitus: & quia in animum induxerat: neminem ducem Romanum tam parem

Caulonia

Annibali: quam ſe eẽ: ut primum in agris pabuli copia fuit: ex hybernis profectus ad Cannuſium Anni-
bali occurrit. Sollicitabat ad defectionẽ cannuſinos pœnus. Cæterũ: ut appropinquare Marcellum audi-
uit caſtra inde mouit. Aperta erat regio ſine ullis ad inſidias lateribus. Itaq; in loca ſaltuoſa cedere inde cœ-
pit. Marcellus ueſtigiis inſtabat: caſtraq; caſtris conferebat: & opere perfecto extemplo in aciem legiones
educebat. Annibal turmatim per equites: peditumq; iaculatores leuia certamina ſerens caſum uniuerſæ
pugnæ non neceſſarium ducebat. Tractus eſt tamen ad id: quod uitabat certamen. Nocte prægreſſum eũ
aſſequitur locis planis ac patentibus: Marcellus caſtra inde ponentem pugnando undique immunitores
operibus prohibet: ita ſigna collata pugnatumq; totis copiis: & iam cum nox inſtaret: marte æquo di-
ſceſſum ẽ. Caſtra exiguo diſtantia ſpacio raptim ante noctẽ ꝓmunita. Poſtero die luce prima Marcellus
in aciem copias eduxit. Nec Annibal detrectauit certamen: multis uerbis adhortatus milites: ut memo-
res Thraſimeni: Cannarumq;: cõtunderent ferociã hoſtis: urgere atq; inſtare eũ: nõ caſtra ponere pati: nõ

Pugna Annibali & pœnis ſecūda

reſpirare:aut circūſpicere quotidie ſimul orientem ſolē:& romanam aciem in campis uidendā eſſe:ſi uno
prælio haud incruentus habeat:quietius deinde cum trāquilliuſq; bellaturū. His irritati adhortationibꝰ:
ſimulq; tædio ferociæ hoſtium quotidie inſtantiū:laceſſentiumq; acriter prælium incunt pugnatū am/
plius duabus horis eſt:Cedere inde a romanis dextera ala:& extraordinarii cœpe. Quod ubi Marcellus
uidit:duodeuigeſima legionē in primā aciē inducit. Dum alii trepidi cedunt:alii ſegniter ſubeunt:turba
ta tota acies eſt:deinde prorſus fuſa:& uincente pudorē metu terga dabant. Cecidereq; in pugna duo mil
lia & ſeptingenti ciuiū ſociorūq;:in his quattuor romani centuriones fuere:duo tribuni militum. M.Li/
cinius:&.M.Eluius. Signa militaria quattuor de ala prima:quæ fugit:duo de legione:quæ cedentibus
ſocii ſucceſſerat:amiſſa. Marcellus:poſteaquā in caſtra reditū eſt:cōcionē adeo ſæuā atq; acerbā apud mi/
lites habuit:ut prælio per diē totū infeliciter tolerato:triſtior irati ducis oratio eēt. Diis īmortalibus ut in
tali re grates laudeſq;:inquit:ago:quod uictor hoſtis cū tanto pauore incidentibus uobis in uallum por
taſq; non ipſa caſtram eſt aggreſſus: deſeruiſſetis profecto eodem terrore caſtra quo dimiſiſtis pugnam:
qui pauor hic?qui terror?quæ repente:qui & cum quibus pugnaretis:obliuio animos inuaſit? Nempe
iidem ſunt ii hoſtes: quos uincendo: & uictos ſequendo priore æſtate abſumpſiſtis:qbus dies noctesq;
fugientibus per hos dies inſtitiſtis:quos leuibus præliis fugaſtis:quos heſterno die nec iter facere:nec ca/
ſtra ponere paſſi eſtis. Dimitto ea:qbus gloriari poteſtis:cuius & ipſius pudere:ac penitere uos oportet:
referam: Nempe æquis manibus heſterna die diremiſtis pugnam:quid hæc nox?quid hæc dies abſtulit?
ueſtræ his copiæ īmunitæ ſunt:an illorū auctæ: Non equidē mihi cū exercitu meo loqui uideor:nec cum
Romanis militibus corpora tantū:atq; arma eadem ſunt:an ſi eodē animos habuiſſetis:terga ueſtra ui/
diſſet hoſtis?ſigna alicui manipulo:aut cohorti abſtuliſſet?nō adhuc cæſis Romanis legionibus gloria/
batur:uos illi hodierno die primum fugati exercitus dediſtis decus. Clamor inde ortus:ueniam eiꝰ diei
daret:ubi uellet:deinde experiret militum ſuorū animos. Ego uero experiar inquit:milites:& uos cra/

Atē. militares animaduerſiones

ſtina die in aciem educam ut uictores potius quam uicti ueniā impetretis:quā petitis. Cohortibus quæ
ſigna amiſerant:hordeum dare iuſſit. Centurioneſq; manipulorū: quorū ſigna amiſſa fuerāt: diſtrictiſq;
gladiis deſtinctos deſtituit:& ut poſtero die omnes pedites equiteſq; armati adeſſent:edixit. Ita cōcio di/
miſſa:fatendo iure ac merito ſeſe increpitos:neq; illo die uirum quēquam in acie Romana fuiſſe:præter
unum ducem:cui aut morte ſatiſfaciēdū:aut egregia uictoria eēt. Poſtero die ordinati armatiq; ad edictū
ederant. Imperator eos collaudat:pronunciatq; a quibus orta pridie fuga eēt:cohortes quæ ſigna amiſiſ/
ſent:ſe in primā aciem educturum:edicere iam ſeſe omnibus pugnandū:ac uincendum eē:& ad nitendū
ſingulis uniuerſiſq; ne prius heſternæ fugæ:quam hodiernæ uictoriæ fama Romam perueniat. Inde ci/
bo corpora firmare iuſſit:ut ſi lōgior eēt pugna:uiribus quoq; ſufficerent. Vbi omnia dicta factaq; ſunt
quibus excitarentur animi militū:in aciem procedunt. Quod ubi Annibali nūciatum ē: cum eo nimi/
rum:inquit:hoſte res eſt:qui nec bonā:nec malam ferre fortunam poteſt:ſeu uicit:ferociter inſtat uictis:
ſeu uictus ē:inſtaurat cū uictoribus certamē. Signa inde canere iuſſit:copias educit:pugnatū utrinq; ali/
quanto quā pridie acrius eſt. Pœnis ad obtinendum heſternū decus adnitentibus. Romanis ad demen/
dam ignominiā. Siniſtra ala ab romanis:& cohortes quæ amiſerant ſigna:in prīa acie pugnabant:& le/
gio uiceſima a dextero cornu inſtructa. L.Cornelius Lentulus:&.C.Claudius Nero legati cornibus præ

Verba Annibalis de Marcello

erant. Marcellns mediam aciem hortator:teſtiſq; præſens firmabat. Ab Annibale hiſpani primam obtine
bant frontem:& id roboris in omni exercitu erat. Cum anceps pugna diu eēt. Annibal elephantoſq; ī pri
mam aciem induci iuſſit:ſiquem iniicere tumultum ea res ac pauorem poſſet. Et primo turbarunt ſigna:
ordineſq; & partim conculcatis:partim diſſipatis terrore:qui circa erant:nudauerant una parte aciem:la/
tiuſq; fuga manaſſet:ni.C.Decimus Flauius tribunꝰ militum:ſigno arrepto:primi haſtati manipulum
eius ſigni ſe ſequi iuſſiſſet:duxit:ubi maxime tumultum conglobatæ belluæ faciebant:pilaq; in eas cōiici

Scđa romanorū pugna

iuſſit. Hæſere omnia tæla haud difficile ex propinquo in tanta corpora ictu:& tam confecta turba:ſed ut
non omnes uulnerati ſunt:ita in quorum tergis pila fixa ſtetere:ut genus eſt anceps:in fugam uerſi:& in
tegros auertere:cum iam nō unus manipulus:ſed pro ſe quiſq; miles:qui modo aſſequi agmen fugientiū
elephantorum poterat:pila conicere:eo magis ruere in ſuos belluæ:tantoq; maiorem ſtragem ædidere:
quam inter hoſtes ædiderant:quanto acrius pauor conſternatas agit:q̄ inſidentis magiſtri imperio regū
tur. In perturbatam tranſcurſu bælluarū aciem ſigna inferunt romani pedites:& haud magno certamine
diſſipatos trepidāteſq; auertunt. Tum in fugientes equitatū immittit. Marcellus:nec ante finis ſequēdi eſt
factus:quā in caſtra pauentes cōpulſi ſunt. Nam ſuper alia:quæ terrorē trepidationēq; fecerant:elephanti
forte duo in ipſa porta corruerant:coacti erant milites per foſſam uallūq; ruere in caſtra. ibi maxima ho/
ſtiū cædes facta. Cæſa ad octo millia hoīum:qnq; elephāti. Nec romanis īcruēta uictoria fuit:mille fer/
me & ſeptingēti de duabus legionibꝰ:& ſocioꝝ ſupra.M.&.cccc.occiſi. Vulnerati ꝑ multi ciuium ſocio/

Hirpini a pœnis ad lucani & romanos ſed āt unl ſtentes

rumq;. Annibal nocte ꝓxima caſtra mouit. Cupientē inſequi Marcellum ꝓhibuit multitudo ſauciorū.
Speculatores:q ꝓſequerent:agmen miſſi:poſtero die rettulerunt brutios Annibalē petere. Iiſdē ferme die/
bus & ad.Q.Fuluiū cōſulē hirpini:& lucani:& uolſcētes:traditis ꝓſidiis Annibalis:quæ in urbibꝰ habe
bant:dedidere ſeſe:clæmenterq; a conſule cum uerborum tantum caſtigatione ab errore præterito recepti
ſunt. Et brutiis ſimilis ſpes ueniæ facta eſt:cum ab iis Vrbius & Pactius fratres longe nobiliſſimi gentis
eius eandemq;:quæ data lucanis erat:condicionem deditionis petentes ueniſſent. Q. Fabius cōſul oppi
dum in ſalentinis Manduriā ui cepit. Ibi ad quattuor millia hominum capta:& ceteræ prædæ aliquan/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rum. Inde Tarentum profectus in ipſis faucibus portus poſuit caſtra. Naues: quas Liuius tutandis com
meatibus habuerat: partim machinationibus oneratas paratusq; mœnium oppugnãdorum partim tormẽ
tis & ſaxis: omniq; miſſiliũ telorũq; genere inſtruit: onerarias quoq; nõ eas ſolũ: quæ remis agerent: ut
alii machinas: ſcalaſq; ad muros ferrẽt: alii ꝓcul a nauibus uulnerarent mœniũ propugnatores: eæ naues
ab aperto mari: ut urbem aggrederentur: inſtructæ parataq; erant. Et erat liberũ mare claſſe punica: cum
Philippus oppugnare ætholos pararet Corcyram tranſmiſſa. In brutiis interim Cauloneæ oppugnato
res ſub aduentu Annibalis ne opprimerent: in tumulũ a præſenti impetu tutũ ſe recepere. Fabium tarentũ ob-
ſidentẽ leue dictu momẽtũ ad rem ingentẽ potiundã adiuuit. Præſidiũ brutiorũ datum ab Annibale tarẽ
tini habebant: eius ꝓſidii præfect⁹ deperibat amore mulierculæ: cuius frater ĩ exercitu Fabii cõſulis erat.
Is certior literis ſororis factus de noua cõſuetudine aduenæ locupletis, atq; inter populares tã honoratis
ſpem nactus per ſororẽ quolibet ĩpelli poſſe amantẽ quid ſperaret: ad cõſulẽ detulit. Quæ cũ haud uana
cogitatio uiſa eẽt: ꝓ tranſfuga iuſſus Tarentum tranſire: ac per ſororẽ præfecto conciliatus: primo occul
te animum eius tẽptando: deinde ſatis explorata leuitate: blandiciis mulieribus perpulit eũ ad ꝓditionẽ
cuſtodiæ loci: cui præpoſitus erat: & ubi ratio agendæ rei & tẽpus nõ cõuenit: miles nocte per ĩterualla ſta
tionum clam ex urbe miſſus: ea quæ acta erant: quæq; ut agerentur: cõuenerant: ad cõſulẽ refert. Fabi⁹ ui-
gilia prima: dato ſigno iis: qui in arce erãt: quiq; cuſtodiã portus habebant: ipſe circuito portu a regione
urbis orientẽ uerſa occultus ſedebat. Canere inde tubæ ab arce ſimul: & a portu: & a nauibus: quæ apto
mari appulſæ erant: clamor undiq; cũ ingenti tumultu, unde minimum periculũ erat de induſtria ortus.
Conſul iterũ ſilentio continebat ſuos. Igitur Democrates: qui ꝓfectus claſſis fuerat: forte illi loco ꝓpoſi-
tus: poſteaquã quieta oĩa circa ſe uidit: alias partes eo tumultu perſonare: ut captæ urbis interdum excita
retur clamor: ueritus ne inter cunctationẽ ſuam cõſul aliquã uim faceret, ſignaq; inferret: præſidiũ ad ar-
cem unde maxime terribilis accedebat ſonus: traducit. Fabius cũ & ex tẽpis ſpatio & ex ſilentio ipſo quod
ubi pauloante ſtrepebant: excitãtes uocanteſq; ad arma: inde nulla accedebat uox deductas cuſtodias ſen
ſiſſet: ferri ſcalas ad eã partem muri: qua brutiorũ præſidiũ eſſe agitatæ ꝓditionis cõciliator nũciauerat: iu
bet. Ea primũ captus ẽ murus adiuuãtibus: recipientibuſq; brutiis & trãſceſſum in urbẽ eſt: inde & ꝓxi-
ma refracta porta: ut ſequenti agmine ſigna inferrentur. Tũ clamore ſublato: ſub ortũ ferme lucis nullo ob
uio armato in forũ perueniunt: oẽſq; undiq;: qui ad arcẽ portũq; pugnabant: in ſe cõuerterunt. Prælium
in aditu fori maiore impetu: quã perſeuerantia cõmiſſum eſt: nõ animo nõ armis: nõ arte belli: nõ uigo-
re aut uiribus corporis: par romano tarentinus erat. Igitur pilis tantũ cõiectis prius pene: quam conſere-
rent manus: terga dederunt: dilapſiq; per nota urbis itinera in ſuas amicorũq; domos. Duo ex ducibus.
Nico & Democrates fortiter pugnantes cecidere. Philomenes: qui proditionis ad Annibalẽ auctor fuerat
cum citato equo ex prælio auectus eſſet: uacuus paulo poſt equus uagans erranſq; per urbẽ corpus nuſq inu-
entum eſt: creditũ uulgo ẽ in puteũ apertum ex equo ꝓcipitatũ eſſe. Carthalonẽ aũt præfectũ punici præſi
dii cũ cõmemoratione paterni hoſpitii: poſitis armis: uenientẽ ad conſulem miles obuius obtruncat. Alii
alios paſſim ſine diſcrimine armatos inermeſq; cædũt carthagineſes tarẽtinoſq; pariter. Brutii quoq; mul-
ti interfecti ſeu per errorẽ: ſeu uetere in eos inſito odio: ſeu ad ꝓditionis famã: ut ui potius atq; armis captũ
Tarentũ uideretur extinguendam: tũ a cæde ad diripiendã urbem diſcurſum. xxx. millia ſeruiliũ capitũ di-
cuntur capta. Argenti uis ingens facti: ſignatiq;. Auri. lxxxiii. millia pondo. Signa tabulæq; prope ut Sy-
racuſarum ornamẽta æquarent: Sed & maiore animo generis eius præda abſtinuit Fabius: quã Marcel-
lus: qui interrogãti ſcribæ: qd uellet fieri de ſignis: ingentis magnitudinis dii ſunt: ſuo quiſq; habitu ĩ mo-
dum pugnantiũ formati: deos iratos Tarentinus reliq iuſſit. Murus inde: q urbem ab arce dirimebat: di-
rutus eſt & diſiectus. Dum hæc tarenti agunt: Annibal iis: q Cauloniã obſidebant: in deditionẽ acceptis.
audita oppugnatione Tarenti: dies nocteſq; curſum agmine facto: cũ feſtinãs ad opẽ ferendã captam ur-
bem audiſſet. Et romani inqt: ſuum Annibalẽ habent: eadem qua ceperamus arte Tarentũ amiſim⁹. Ne
tamen fugientis modo uertiſſe agmen uideretur: quo conſtiterat loco quinq; millia ferme ab urbe poſuit
caſtra. Ibi paucos moratus dies. Metapontũ ſeſe recepit. Inde duos Metapontinos cũ literis principum
eius ciuitatis ad Fabium Tarentũ mittit fidem a cõſule accepturos: ĩpunita iis priora: fore: ſi Metapontũ
ei cum præſidio punico ꝓdidiſſent. Fabius uera: quæ afferrent: eẽ ratus: diem qua acceſſurus eẽt Metapõ
tum conſtituit: litteras ad principes miſit: quæ ad Annibalem delatæ ſunt. Enimuero lætus ſucceſſu frau-
dis: ſiue Fabius quidem dolo inuictus fuiſſet: haud procul Metaponto inſidias ponit. Fabio auſpicanti:
priuſquam egrederetur a Tarento: aues ſemel atq; iterum nõ addixere. Hoſtia quoq; cæſa: conſulenti de-
os aruſpex cauendum a fraude hoſtili: & ab inſidiis prædixit. Metapontini: poſteaquam ad conſtitu-
tam non uenerat diem: remiſſi ut cunctantem hortarentur: repente compræhenſi metu grauioris quæſti-
onis detegunt inſidias. Aeſtatis eius principio: qua hæc agebantur. P. Scipio in Hiſpaniam cum hye-
mem totam reconciliandis barbarorum animus partim donis: partim remiſſione obſidum captiuorũ-
q; abſumpſiſſet. Edeſco ad eum clarus inter duces hiſpanos uenit. Erant coniunx liberiq; ei⁹ apud roma
nos: ſed præter eam cauſam etiam uelut fortuita inclinatio animorum: quæ Hiſpaniam omnem auerte-
rat ad romanum a punico imperio: traxit eũ. Eadem cauſa Indibili Mandonioq; fuit: haud dubie oĩs
Hiſpaniæ principibus: cũ oĩ populorum manu: relicto Aſdrubale ſecedentes imminentes caſtris eius tumu-
los: unde per cõtinentia iuga tutus receptus ad romanos eſſet: Aſdrubal: cum hoſtiũ res augeſcere tantis in
crementis cerneret: ſuas imminui: ac fore ut niſi audẽdo aliquid moueret: qua cœpiſſent: rueret [illegible] q-

Margin notes:

Tarentũ a Fabio recipitur

Præda Tarẽtina

Edeſco Indibilis Mandonius

primum ſtatuit. Scipio auidus etiam certaminis erat tum ea ſpe quá ſucceſſus rerum augebat: tum quod
prius: quá iungerétur hoſtium exercitus: cum uno dimicare duce exercituq;: quam ſimul cum uniuerſis
malebat. Cæterum etiam ſi cum pluribus pariter dimicandú foret: arte quadá copias auxerat. Nam cum
uideret nullum eſſe nauium uſum: quia uacua oîs Hiſpaniæ ora claſſibus punicis erat: ſubductis nauib'
Tarraconé nauales ſocios terreſtribus copiis addidit. Et armorú affatim erat captorum Carthagine: & q̃
poſt captam eam fecerat: tanto opificú numero incluſo. Cum iis copiis Scipio ueris principio a Tarra-
cone egreſſus: iá. n. & Lællius redierat ab Roma: ſine quo nihil maioris rei motú uolebat ducere ad ho-
ſtem ꝑgit. Per oîa pacata eunti: ut cuiuſq; populi fines tranſiret: ꝓſequentibus excipientibuſq; ſociis: Indi-
bilis & Mandonius cú ſuis copiis occurrerút: Indibilis ꝓ utroq; locutus: haud quaquá ut barbarus ſto-
lide incauteq;: ſed potius cum uerecunda grauitate ꝓpiorq; excuſanti tranſitióem ut neceſſariam: quam
glorianti eam uelut primá occaſionem raptam. Scire enim ſe tranſfugæ nomé execrabile ueteribus ſociis:
nouis ſuſpectum eé. Neq; enim ſe repræhendere nomé hominum: ſi tam anceps odium cauſa nó nomen

Att. Indibilis accuratam orationē

faciat. Merita inde ſua in duces carthaginenſes cómemorauit. Auariciam contra eorum: ſuperbiamq; &
omnis generis iniurias in ſe: atq; populares: itaq; corpus dútaxat ſuum ad id tempus apud eos fuiſſe: ani-
mum iam pridem ibi eé: ubi ius ac fas crederent coli: ad eos quoq; cófugere ſupplices: qui nequeant ho-
minú uim atq; iniurias pati: ſe id Scipioné orare: ut tranſitio ſibi nec fraudi apud eum: nec honori ſit qua-
les ex hac die experiundo cognouerit: perinde operæ eorum precium faciat. Prorſus ita reſpódet facturú
romanus: nec ꝓ tranſfugis habiturum: qui nó duxerint ſocietatem ratam: ubi nec diuini quicquam: nec
humani ſanctum eét. Productæ deinde in cóſpectum iis coniuges: liberiq; lachrymantibus præ gaudio
reddunt. Atq; eo die in hoſpitium adducti. Poſtero die fœdere accepta fides: dimiſſiq; ad copias adducé-
das. Iiſdem deinde in caſtris tendebant: donec ducibus iis ad hoſtem peruétum eſt. Proximus carthaginé-
ſium exercitus Aſdrubalis ꝓpe urbem Betulam erat ꝓ caſtris equitum ſtatióes habebat. In eas uelites an-
teſignaniq;: & qui primi agminis erant: aduenientes ex itinere: prius q̃ caſtris locum caperent: adeo con-
temptum impetú fecerunt: ut facile appareret: quid utriq; parti animorum eſſet. In caſtra trepida fuga có-
pulſi equites ſunt. Signaq; romana portis ꝓpe illata. Atq; illo quidem die irritatis tantum ad certamen
animis caſtra Romana poſuerunt. Nocte Aſdrubal in tumulum copias recepit plano campo in ſum-
mo patétem: & Fluuius ab tergo ante circaq; uelut ripa præceps oram eius omné cingebat. Suberat & al-
tera inferior ſummiſſa faſtigio planicies. Eam quoq; alteram crepido haud facilior in aſcéſum ambibat.
In hunc inferiorem campum Aſdrubal poſtero die: poſteaquam ſtantem ꝓ caſtris hoſtium aciem uidit:
equites numidas: leuiorumq; armorum baleares: & afros dimiſit. Scipio circunuectus ordines ſignaque
oſtendebat hoſtem prædamnata ſpe dimicandi æquo campo captantem tumulos: loci fiducia: non uirtu-
tis armorumq; ſtare in conſpectu: ſed altiora mœnia habuiſſe Carthaginem quæ tranſcendiſſet miles ro-
manus: nec tumulos: nec arcem nec mare quidé armis obſtitiſſe ſuis: ad id fore altitudines: quas cepiſſent
hoſtes ut per præcipitia: & prærupta ſalientes fugerent: eam quoque ſe illis fugam clauſuram: cohorteſq;
duas alteram tenere fauces uallis: per quam deferretur amnis: iubet alteram uiam inſidere: quæ ab urbe ꝑ
tumuli obliqua in agros ferret. Ipſe expeditos: qui pridie ſtationes hoſtium pepulerant ad leuem arma-
turam in ſummo ſtantem ſupercilio ducit. Per aſpera primum nihil aliud: quam uia impediti iere. De-
inde ut ſubiectum uenerunt tælorum primo omnis generis uis ingens effuſa eſt in eos ipſi contra ſaxa:
quæ locus ſtrata paſſim omnia ferme miſſilia præbet: ingerere. Non milites ſolum: ſed etiam turba calo-
num immixta armatis: Cæterum quáquam aſcenſus difficilis erat: & prope obruebantur tælis ſaxiſq;:
aſſuetudine tamen ſuccedendi muros: & pertinacia animi ſubierunt primi. Qui ſemel cœpere aliquid æq;
loci ubi firmo conſiſterent gradu: leuem & concurſatorem hoſtem atq; interuallo tutum cum procul miſ-

Scipióis ſtratagema

ſilibus pugna eluditur: inſtabilem eundem ad cominus cóſerendas manus expulerút loco: & cú cæde ma-
gna in aciem altiore ſuperſtantem tumulo impegere. Inde Scipio: iuſſis aduerſus mediam euadere etiam
uictoribus: cæteras copias cum Lællio diuidit: atq; eú parte dextera tumuli circúire: donec mollioris aſcé-
ſus uiam inueniret: iubet. Ipſe a leua circuitu haud magno in tranſuerſos hoſtes incurrit. Inde primo tur-
bata acies eſt: dum ad circúſonantem undiq; clamorem flectere cornua: & obuertere ordines uolunt. Hoc
tumultu & Lællius ſubiit: & dum pedem referunt: ne ab tergo uulnerarentur: laxata prima acies: locuſq;
ad euadendum mediis datus eſt: qui per tam iniquum locú ſtantibus integris ordinibus: elephátiſq; ante
ſigna locatis: nunquam euaſiſſent. Cum ab omni parte cædes fieret. Scipio: qui leuo cornu in dexterum
incurreret maxime in nuda hoſtium latera pugnabat. Iam ne fugæ quidem patebat locus: nam & ſtatio-
nes utrinq; Romanæ dextera leuaq; inſederant uias: & portam ducis caſtroꝝ principiúq; fuga clauſerat:
addita trepidatione elephátorú: quos territos æque: atq; hoſtes timebant. Cæſa ergo ad octo millia hom-
num. Aſdrubal iá antequam dimicaret pecunia rapta: elephantoſq; præmiſſos quáplurimos poterat de
fuga excipiens præter Tagum flumen ad Pyreneú tendit. Scipio caſtris hoſtium potitus: cú ꝑter libera ca-
pita omnem prædam militibus conceſſiſſet: in recenſendis captiuis decem millia peditum: duo millia

Att. hoſtium ſtragem

equitum inuenit. Ex hiis hiſpanos ſine ꝑtio oés domum miſit. Afros uendere q̃ſtorem iuſſit. Circúfuſa
inde oés multitudo hiſpanoꝝ: & ante deditoꝝ: & pridie captoꝝ regé eú ingéti cóſenſu appellauit. Tum
Scipio: ſiletio ꝑ præconem facto: ſibi maximú nomen imperatoris eſſe dixit: quo ſe milites ſui appellaſ-
ſent. Regium nomen alibi magnú. Romæ intolerabile eſſe. Regalem aîum in ſe eé: ſi id in hoîs ingenio
ampliſſimú ducerent: tacite iudicarent: uocis uſurpatione abſtineret. Senſere et barbari magnitudiné aîi

cuius miraculo nominis alii mortales ſtupent id ex tam alto faſtigio aſpernantis. Dona inde regulis pricipibuſq; hiſpanorum diuiſa: & ex magna copia captoꝝ equorũ. ccc. quos uellet: eligere Indibilẽ iuſſit.

Cum afros uenderet iuſſu imperatoris quæſtor: puerũ adultũ inter eos forma inſigni: cum audiſſet regii generis eſſe: ad Scipionẽ miſit. Quem cũ percunctaretur Scipio qs: & cuius: & cur id ætatis in caſtris fuiſſet: numidam ſe eſſe ait Maſſium populares uocare: orbum a patre relictum: apud maternũ auum Gallam regem numidarũ educatũ: cum auunculo Maſiniſſa: q nuper cũ equitatu ſubſidio Carthaginẽſibus ueniſſet: in Hiſpaniã traieciſſe: ꝓhibitũ pp ætatem a Maſiniſſa nunquã ante prælium iniſſe: eo die ſe: quo pugnatum cum romanis eẽt: inſcio auũculo: clam armis: equoq; ſumpto: in aciẽ exiſſe: ibi ꝓlapſo equo effuſum in præceps a romanis captum eſſe. Scipio: cum obſeruari numidam iuſſiſſet: quæ ꝓ tribunali agenda erant: peragit. Inde: cum ſe in prætoriũ recepiſſet: uocatum cum interrogat: uellet ne ad Maſiniſſam reuerti: Cum effuſis lachrymis gaudio: cupere uero diceret. Tum puero annulũ aureũ: tunicam lato clauo cum hiſpano cingulo: & aurea fibula equũq; ornatum donat: Iuſſiſq; ꝓſequi: quod uellet equitibus: dimiſit. De bello inde conſilium habitum: & auctoribus quibuſdam: ut confeſtim Aſdrubalem cõſequeret: anceps id ratus: ne Mago: atq; Aſdrubal cũ eo iungerent copias: præſidio tantum ad inſidendum pyrenæum miſſo: ipſe reliquum æſtatis recipiendis in fidem Hiſpaniæ populus abſumpſit. Paucis poſt prælium factum ad Betulã diebus: cũ Scipio rediens iam Tarraconem ſaltu caſtulonenſi exceſſiſſet: Aſdrubal Giſgonis filius: & Mago imperatores ex ulteriori hiſpania ad Aſdrubalem uenere: ſerum poſt malã geſtam rem auxiliũ. Conſilio in cætera exequẽda belli haud parũ opportuni ibi cõferentibus qd in cuiuſq; ꝓuinciæ regiõe aĩoꝝ hiſpanis eẽt unus Aſdrubal Giſgonis ultimã Hiſpaniæ orã: quæ ad Oceanum & Gades uergit: ignaram adhuc romanoꝝ eſſe: eoq; carthaginenſibus ſatis fidam cenſebat. Inter Aſdrubalem alterum & Magonem conſtabat: beneficiis Scipionis occupatos oĩum animos publice: priuatimq; eſſe: nunc tranſitionibus fore ante finẽ: quam omnes hiſpani milites aut in ultima Hiſpaniæ amotĩ: aut traducti in Galliam forẽt: itaq; etiam: ſi ſenatus carthaginenſium nõ cenſuiſſet eundũ tamẽ Aſdrubali fuiſſe in Italiam: ubi belli caput: & rerum ſumma eſſet: ſimul & hiſpanos omnes procul ob nomine Scipionis ex Hiſpania abduceret: exercitũ eius tum tranſitionibus: tum aduerſo prælio ĩminutum hiſpanis repleri militibus. Et magonẽ Aſdrubali Giſgonis filio: tradito exercitu: ipſum cum grãdi pecunia ad cõducenda mercede auxilia in baleares traiicere. Aſdrubalem Giſgonis cum exercitu penitus ĩ Luſitaniã abire: nec cum romanis manus conſerere. Maſiniſſæ in omni equitatu: quod roboris eſſet: tria millia equitum expleri eumq; uagũ per citeriorem hiſpaniam ſociis opem ferre hoſtium oppida atq; agros populari. His decretis ad exequẽda: quæ ſtatuerunt: duces digreſſi. Hæc eo anno ĩ Hiſpania acta: Romæ fama Scipionis in dies creſcere. Fabio Tarentum captum ingenio magis: quã uirtutæ gloriæ tamen eẽ: Fuluii ſeneſcere fama. Marcellus etiam aduerſo rumore eſſe: ſuper quam quod primo male pugnauerat: quia uagante p Italiam Annibale: media æſtate Venuſiam in tecta milites abduxiſſet. Inimicus erat ei. C. Publicius Bibulus tribu. ple. Is iam prima pugna: quæ aduerſa fuerat: aſſiduis cõcionibus ĩfamem: inuiſumq; plebi Claudiũ fecerat: ẽt de imperio abrogando eius agebat cũ tamen neceſſarii Claudii obtinuerũt: ut relicto Venuſiæ legato: Marcellus Romã rediret ad purganda ea q̃ inimici obiicerent: Nec de imperio eius abrogando: abſente ipſo: agerent. Forte ſub idem tẽpus & Marcellus ad deprecandã ignominiam: & Fuluius cõſul comitiorum cã Romã uenit: Actum de imperio Marcelli in circo Flamio eſt ingẽti cõcurſu plebiſq;: & oĩum ordinũ. Accuſauitq; tribu. ple. nõ Marcellum modo: ſed oẽm nobilitatem: fraude eoꝝ & cunctatione fieri ut Annibal decimũ iam annũ Italiam ꝓuinciam habeat: diutius ibi quam Carthagine uixerit. Habere fructum imperii ꝓrogati Marcello populũ romanum: bis cæſum exercitũ eiꝰ æſtiua Venuſiæ ſub tectis agere. Hanc tribuni orationẽ ita obruit Marcellus cõmemoratione rerum ſuarum: ut nõ rogatio ſolũ de imperio eius abrogando antiquaret: ſed poſtero die cõſulem eum ingenti cõſenſu centuriæ oẽs crearent. Additur collega. T. Quintius Criſpinꝰ: qui tũ prætor erat. Poſtero die prætores creati. P. Licinius Craſſus diues Pontifex maximus. P. Lucius Varus. Sex. Iulius Cæſar. Qu. Claudiꝰ comitiorum ipſorum diebus ſollicita ciuitas de Ethruriæ defectione fuit: principium eius rei ab aretinis fieri. C. Calphurnius ſcripſerat: qui eã ꝓuinciam ꝓprætor obtinebat: itaq; cõfeſtim eo miſſus Marcellus conſul deſignatus qui rem inſpiceret: ac ſi digna uideretur: exercitu accito bellum eo ex Appulia in Ethruriã transferret. Eo metu cõpreſſi Ethruſci quieuerũt. Tarentinorum legatis pacem petẽtibus cum libertate ac legibus ſuis reſpõſum a ſenatu ẽ: ut redirent: Cum fabius cõſul romã ueniſſet. Ludi & romani: & plebeii eo anno in ſingulos dies inſtaurati. Aediles curules fuere. L. Cornelius Claudius & Ser. Sulpitius Galba. Plebei. C. Seruilius: &. Q. Cecilius Metellus. Seruiliũ negabant iure aut tri. ple. fuiſſe: aut Aedilem eſſe: quod patrem eius quem triumuirũ agrarium occiſum a Boiis circa Mutinam eſſe: opinio p decem annos fuerat: uiuere: atq; in hoſtium poteſtate eẽ ſatis cõſtabat. Vndecimo anno punici belli conſulatum inierunt. M. Marcellus Quintum: ut numeraretur conſulatus: quem uicio creatus nõ geſſit: & Quintꝰ Criſpinus utriq; conſulũ Italia decreta eſt ꝓuincia: & duo conſulares prioris anni exercitus. Tertius tum erat Venuſiæ: cui. M. Marcellus præfuerat: ita ut ex tribus eligerent duos: quos uellent. Tertius ei traderetur: cui Tarẽtum & ſalentini prouincia eueniſſet: Cæteræ prouinciæ ita diuiſæ prætoribus. P. Licinio Varo urbana. P. Licinio Craſſo põtifici maximo peregrina: & q̃ ſenatus cenſuiſſet. Sex. Iulio Cæſari Sicilia. Q. Claudio Flamio Tarentum prorogatũ imperium in annum ẽ. Q. Fuluio Facco: ut ꝓuinciam Capuam in qua &. T. Quintius prætor fuerat: cũ una legione obtineret. Prorogatũ &. C. Hoſtilio Tu-

Scipiõis munificẽtia in hoſtem

M. Marcellus. T. Quintius Criſpinus conſ.

Quæ qni bulo eſt:ut ꝓprætor in Ethuriá ad duas legiones ſucce‍ [illegible]eret.C.Calphurnio.Prorogatum &.L.Veturio
bus mu Philoni eſt:ut ꝓprætore Galliá eandem ꝓuinciá cũ iiſdẽ duabus legionibus obtineret:q̄bus prætor ob
nera de tinuiſſet.Quod in.L.Veturio:idem in.C.Aurũculeio decretũ ab ſenatu.Latumqꝫ de ꝓrogando imperio
creta ad populum ẽ.Qui prætor Sardiniá ꝓunciá cum duabus legionibus obtinuerat:additæ ei ad præſidiũ
ꝓunciæ quinquaginta longæ naues:quas.P.Scipio ex Hiſpania miſiſſet.Et.P.ſcipioni:&.M.Syllano
ſuæ Hiſpaniæ:ſuiqꝫ exercitus in annũ decreti.Scipio ex octogíta nauibus:quas aut ſecum ex Italia addu
ctas aut captas Carthagine habebat:quinquaginta in Sardiniá tranſmittere iuſſus:quia Fama erat:ma
gnum naualẽ apparatũ eo anno Carthagine eſſe.cc.nauibus omnẽ oram Italiæ:Siciliæ:Sardaniæqꝫ im
pleturos.Et in Sicilia ita diuiſa res ẽ:Sex.Cæſari exercitus cánenſis ẽ datꝰ.M.Valerius Leuinus:ei quoqꝫ
enim in annũ ꝓrogatũ imperiũ eſt:claſſem:quæ ad Siciliá erat nauiũ.lxx.obtineret.Adderet eo.xxx.na
ues:quæ ad Tarentũ priore anno fuerant.Cum ea centũ nauiũ claſſe:ſi uidereť ei:prædatũ in africá Tra
iiceret.Et.P.Sulpicio:ut eadẽ claſſe Macedoniá Græciamqꝫ ꝓunciá haberet:ꝓrogatũ in annũ imperiũ
eſt.De duabus:quæ ad urbem Romá fuerant legionibus:nihil mutatũ.Supplementũ:quo opus eſſe:ut
ſcriberent:cõſulibus permiſſum.Vna & uiginti legionibus eo anno defenſum imperium romanum eſt.
Et.P.Licinio Varro p̄tori urbis negotium datũ:ut naues lõgas.xxx.ueteres reficerent:q̄ Oſtiæ erant & ui
ginti nouas naues ſociis naualibus imperet:ut quinquaginta nauiũ claſſe orá maris uiciná urbi Romæ
tueri poſſet.C.Calphurnius uetitus ab Arretio mouere exercitũ:niſi cũ ſucceſſor ueniſſet.Idem & Tubu
ꝓdigia. lo imperatũ:ut inde p̄cipue caueret:nequa noua cõſilia orirenť:prætores in ꝓuincias ꝓfecti.Conſules
religio tenebat:quod ꝓdigiis aliquot nunciatis:non facile litabant:ex Campania nunciata erant Capuæ
duas ædes Fortũæ:& Martis:& ſepulcra aliquot de cælo tacta:Cum iis:adeo minus etiam rebus parua
religio inſerit deos:mures in æde Iouis aurum roſiſſe.Caſſini examẽ apum ingens in foro conſediſſe.Et
Oſtiæ murum:portamqꝫ de cælo tactam.Cære uulturem uolaſſe in ædem Iouis.Vulſiniis ſanguine la
cum manaſſe.Horum ꝓdigiorũ cá diem unum ſupplicatio fuit:per dies aliquot hoſtiæ maiores ſine lita
tione cæſæ:diuqꝫ nõ impetrata pax deum in capita conſulũ repu.incolumi exitiabilis ꝓdigiorũ euentus
uertit.Ludi Apollinares.Q.Fuluio.Ap.Claudio conſ.a.P.Cornelio Sylla prætore urbis primũ facti
erant.Inde oẽs deinceps prætores urbani fecerant:ſed in unum annũ uouebát:dieqꝫ incerto faciebát.Eo
anno peſtilentia grauis incidit in urbem agroſqꝫ:quæ tamẽ magis in morbos longos:quá in perniciales
euaſit.Eius peſtilentiæ cauſa & ſupplicatũ per cõpita tota urbe eſt.Et.P.Licinius Varus p̄tor urbis legẽ
ferre ad populum iuſſus:ut hi ludi in ꝑpetuum in ſtatutũ diẽ uouerẽtur.Itaqꝫ ipſe prius ita uouit:fecitqꝫ
ante diem.iii.nonas quintiles.Is dies deinde ſolẽnis ſeruatus.De aretinis & fama in dies grauior:& cura
creſcere patribus:itaqꝫ.C.Hoſtilio ſcriptũ eſt:ne differat obſides ad aretinis accipere:cũ traderent Romam
abducendos.C.Terentius Varro cũ imperio miſſus:qui ut aduenit:extẽplo Hoſtiliꝰ legionẽ unam:quæ
ante urbẽ caſtra habebat:ſigna in urbem ferre iuſſit:præſidiaqꝫ locis idoneis diſpoſuit.Tum in foro:ci
tatis ſenatoribus obſides ĩperrauit.Cum ſenatus biduũ ad cõſyderandũ tempus peteret:aut ipſos extẽplo
dare:ut ſe poſtero die ſenatorũ oĩs liberos ſumpturũ edixit:Inde portas cuſtodire iuſſit tribunus militũ
præfectiſqꝫ ſocium & centurionibꝰ:ne quis nocte urbe exiret:Id ſegnius negligentiuſqꝫ factũ:Septẽ prin
cipes ſenatus:priuſq̄ cuſtodiæ in portis locarẽtur:ante noctẽ cũ liberis euaſerunt.Poſtero die luce prima
cũ ſenatus in forũ citari cœptus eẽt:deſyderati:bonaqꝫ eoꝝ uenierunt.A cæteris ſenatoribus.cxx.obſides
liberi ipſoꝝ accepti:traditiqꝫ.C.Terẽtio Romá deducendi.Is oĩa ſuſpectiora:quá ante fuerát:in ſenatũ
fecit:itaqꝫ ĩminente Ethruſco tumultu legionẽ alterá ex urbanis Arretium ducere iuſſus ipſe.C.Terentiꝰ:
Arretino eaqꝫ haberet in p̄ſidio urbis.C.Hoſtilium cũ cætero exercitu placuit totá ꝓuinciam peragrare:& cauere:
rum obſi nequa occaſio nouare cupientibus res daretur.C.Terentius:ut Arretiũ cũ legione uenit:claues portarum
des cũ magiſtratus popoſciſſet:negantibus iis:cõparere:fraude amotos magis ratus:quá negligentia interci
diſſe:ipſe alias claues oĩbus portis ĩpoſuit:cauitqꝫ cũ cura:ut oĩa in poteſtate ſua eſſent.Hoſtiliũ intenſius
monuit:ut in eo ſpẽ nõ moturos quicquá Ethruſcos poneret:ſi nequid mouere poſſent:p̄cauiſſet:De ta
rentinis inde magna cõtentione in ſenatu actum corá Fabio defendente ipſo:quos ceperat armis aliis in
fenſis:& pleriſqꝫ equantibus:eos campanorũ noxæ pœnæqꝫ.S.C.in ſententiá.M.Acilii factum ẽ:ut op
pidum præſidio cuſtodireť:tarentiniqꝫ oẽs intra mœnia cõtinerenť.Res integra poſtea referreť:cũ tran
quillior ſtatus Italiæ eẽt.Et de.M.liuio p̄fecto arcis tarentinæ haud minore certamine actũ eſt.Aliis ſen
tentiis notantibus præfectũ:quod eius ſecordia Tarentũ proditũ hoſti eſſet:Aliis præmia decernẽtibus
quod per quinquenniũ arcẽ tutatus eſſet:Maximeqꝫ unius eius opera receptum Tarentinũ foret.Mediis
Regre re ad cenſores:nõ ad ſenatum notionem de eo pertinere dicentibus.Cuius ſententiæ & Fabius fuit.Adiecit
ſponſũ fa tamen fateri ſe opera Liuii Tarentum receptũ:quod amici eius uulgo in ſenatu iactaſſent:neqꝫ enim reci
bii ĩ liuiũ piendum fuiſſe:niſi amiſſum foret.Conſulum,alter Quintius Criſpinus ad exercitũ,quem.Q.Fului
de Taren us Flaccus habuerat:cum ſupplemẽto in lucanos ẽ profectus.Marcellũ aliæ atqꝫ aliæ obiectæ animo re
to rece ligiones tenebant:ĩ q̄bus:quod cũ bello gallico ad Claſtidiũ ædem Honori:& Virtuti nouiſſet:dedicatio
pto eius a pontificibus impediebať:quod negabant unam cellá duobus recte dedicari:quia ſi de cælo tacta:
aut ꝓdigii aliquid in ea factũ eẽt:difficilis ꝓcuratio foret:quod utri deo diuina res fieret:ſciri nõ poſſet.
Neqꝫ enim duobus:niſi certis deis rite una hoſtia fieri.Ita addita Virtutis ædes approperato opere:neqꝫ
tamẽ ab ipſo ædes eæ dedicatæ ſunt.Tum demũ ad exercitũ:quẽ priore áno Venuſiæ reliq̄rat:cũ ſupple
mento ꝓficiſciť.Locros in brutiis Criſpinus oppugnare conatꝰ:quia magná famá attuliſſe Fabio Tarẽ

num ferebatur: omne genus tormentorũ machinarũ: quæ ex Sicilia acceſſierat: & naues ibidẽ accitæ erãt:
quæ uergentem ad mare partem urbis oppugnarẽt. Ea omiſſa oppugnatio eſt: quia Lacinium Annibal
admouerat copias: & collegam eduxiſſe iam a Venuſia exercitum fama erat: cui cõiungi uolebat. Itaq; in
Appuliam ex brutiis reditum eſt: & inter Venuſiam Bautiamq; minus trium millium paſſuũ interuallo
conſules binis caſtris conſcenderant. In eandẽ regionem & Annibal rediit: auerſo ab Locris bello. Ibi am
bo conſules ingenio feroces propequotidie milites in aciem excire: haud dubiæ ſpei: ſi duobus exerciti-
bus cõſularibus iunctis commiſiſſent ſeſe hoſtes debellari poſſe. Annibal quia cum Marcello bis priore
anno congreſſus uicerat: uictuſq; erat: ut cum eodem: ſi dimicãdum foret: nec ſpem: nec metum ex uano
haberet. Ita duobus conſulibus haud quaquam ſeſe parem futurum credebat. Itaq; totus ĩ ſuas artes uer
ſus inſidiis locum quærebat: leuia tamẽ prælia inter bina caſtra uario euentu fiebant. Quibus cũ extrahi
æſtatem poſſe conſules crederent: nihilominus oppugnari Locros poſſe rati. L. Cincio: ut ex Sicilia Lo-
cros cũ claſſe traiiceret: ſcribunt: Et ut a terra mœnia quoq; oppugnari poſſent a Tarento partẽ exercitus.
quæ in præſidio erat: duci eo iuſſerunt. Et ita futura per quoſdam thurinos comperta Annibali cũ cẽtis
mittit ad inſidendam ab Tarento uiã. Ibi ſub tumulo Petelliæ equitũ duo: peditum tria milia in occulto
locata: in quæ inexplorato euntes Romani cum incidiſſent: ad duo millia armatorũ cæſa: & mille & cc.
ferme uiui capti. Alii diſſipati fuga per agros ſaltuſq; Tarentum redire. Tumulus erat ſiluestris inter pu-
nica & Romana caſtra a neutris primo occupatus: quia Romani qualis pars ei⁹ quæ uergeret ad hoſtium
caſtra eſſet: ignorabant. Annibal inſidiis: quam caſtris aptiorem eum crediderat. Itaq; nocte ad id miſſas
aliquot numidarum turmas medio in ſaltu cõdiderat: quorũ interdiu nemo ab ſtatione mouebatur: ne
aut arma: aut ipſi procul conſpicerentur. Fremebant uulgo in caſtris Romanis occupandũ eum locũ eẽ:
& caſtello firmandum: ne ſi occupatus ab Annibale foret: uelut in ceruicibus haberẽt hoſtem. Mouet ea
res Marcellum: & collegæ: Quin imus: inquit: ipſi cum equitibus paucis exploratũ: ſubiecta res oculis no-
ſtris certius dabit conſiliũ conſentiente Criſpino: cũ equitibus ducentis: & uiginti ex quibus. xl. fregellani
cæteri Ethruſci erant: ꝓficiſcuntur. Secuti. M. Marcellum tri. mil. cõſulis filius: & A. Manlius ſimul &
duo præfecti ſociũ. L. Arennius & M. Aulius. Immolaſſe eo die quidã prodidere memoriæ conſ. Mar-
cellum: & prima hoſtia cæſa iecur ſine capite inuentũ in ſecunda oĩa comparuiſſe: quæ aſſolent. Auctum
etiam uiſum in capite: nec id ſane aruſpici placuiſſe: quod ſecundũ trunca & turbia exta nimis læta appa- Prodigio
ruiſſet. Cæterum cõſulem Marcellum tanta cupiditas tenebat dimicãdi cum Annibale: ut nunquã ſatis ſa exta
caſtra caſtris collata crederet. Tum quoq; uallo egrediens ſignum dedit: ut ad locum miles eſſet paratus: Marcello
ut ſi collis: ĩ quem ſpeculatum irent: placuiſſet: uaſa colligerent: ac ſequerentᵗ. Exiguum campi ante ea ca- ſacrifica-
ſtra erat inde in collis aperta undiq; & conſpecta ferebat uia. Numidis ſpeculator nequaquã in ſpem tan ti
tæ repoſitus: ſed ſiquos uagos pabuli: aut lignorum cauſa longius a caſtris progreſſos poſſet excipere: ſi-
gnum dat: ut pariter ab ſuis quiſq; lateribus exorirentur: non ante apparuere: quib⁹ obuiis ab iugo ipſo
conſurgendum erat: quam circũire: qui ab tergo includerent uiam tum undiq; oẽs exorti: & clamore ſub
lato: impetũ fecerunt. Cum in ea ualle conſules eſſent: ut neq; euadere poſſent iu iugum occupatũ ab ho-
ſte: nec receptũ a tergo circunuenti haberent: extrahi tamen diutius certamen potuiſſe: ni cœpta ab Ethru Occidit
ſcis fuga pauorẽ cæteris iniecíſſet. Non tamẽ omiſere pugnam: deſerti ab Ethruſcis fregellani: donec inte Marcel-
gri conſules hortando: ipſiq; ex parte pugnando rem ſuſtinebant. Sed poſteaquã uulneratos ambos con lus conſ.
ſules Marcellũ etiam tranſfiſum lancea prolabentem ex equo moribundum uidere: tum & ipſi perpauci
autem ſupererãt: cum Criſpino conſule duobus iaculis icto: & Marcello adoleſcente ſaucio & ipſo: effu-
gerunt: interfecti. A. Manlius tribunus militũ: & ex duobus præfectis ſociũ. M. Aulius occiſus: Arreni⁹
captus. Et lictores conſulum quinq; uiui in hoſtium ꝑtãtem uenerunt. Cæteri autẽ interfecti ceciderunt.
Duodeuiginti capti uiui. Et tumultuatũ in caſtris fuerat: ut cõſulibus irent ſubſidio cum conſulẽ: & filiũ
alterius cõſulis ſaucios: exiguaſq; infelicis expeditionis reliquias ad caſtra uenientes cernunt. Mors Mar-
celli cũ alioqn miſerabilis fuit: tum quod nec ꝓ ætate: maior iam enim. lx. annis erat: neq; ꝓ ueteris pru
dentia ducis tam ĩprouide iſſet: collegãq; & ꝓpe totam rẽpu. in præceps dederat. Multos circa unam rẽ
ambitus fecerim: ſi quæ de Marcelli morte uariãt auctores: oĩa exequi uelim. Vt omittã alios. C. Lællius
triplicem rei geſtæ ordinem ædit. Vnam traditã fama: alteram ſcriptam laudatione filii: qui rei geſtæ in-
terfuit: tertiam quã ipſe ꝓ inquiſita ac ſibi cõperta affert. Cæterũ ita fama uariat: ut tamẽ pleriq; loci ſpe-
culandi cã caſtris egreſſum oẽs inſidiis circunuentũ tradant: Annibal magnũ terrorem hoſtibus morte cõ
ſulis unius: uulnere alterius iniectũ eſſe ratus: ne cui deeſſet occaſioni: caſtra in tumulũ: in quo pugnatum
erat: extẽplo transfert. Ibi inuẽtum Marcelli corpus ſepelit. Criſpinus & morte collegæ: & ſuo uulnere ter
ritus ſilentio inſequentis noctis ꝓfectus: quos ꝓximos nactus eſt montes: in iis loco alto & tuto undiq;
caſtra poſuit. Ibi duo duces ſagaciter moti ſunt alter ad inferendã: alter ad cauendam fraudem. Annulo
Marcelli ſimul cũ corpore Annibal potitus erat. Eius ſigni errore: ne cui dolus necteretur a pœno metuẽs
Criſpinus circa ciuitates proximas miſerat nuncios occiſum collegam eſſe: annuloq; eius hoſtẽ potitum
ne quibus litteris crederent noĩe Marcelli compoſitis. Pauloante hic nuncius conſulis Salapiam uenerat:
cum litteræ ab Annibale allatæ ſunt Marcelli nomine cõpoſitæ: ſe nocte: quæ diem illum ſecutura eſſet.
Salapiã uenturũ: parati milites eſſent: qui in præſidio erant. ſiqua opera eorum opus eſſet. Senſere Sala-
piani fraudem: & ab ira non defectionis modo: ſed etiam equitum interfectorum rati occaſionem ſup-
plicii patere. miſſo retro nuncio: perfuga autem romanus erat: ut ſine arbitrio milites: quæ uellent:

agerent. Oppidanos per muros: urbiſq; opportuna loca in ſtationibus diſponunt: cuſtodias: uigiliaſq; i
eam noctem intentius inſtruunt: circa portam: qua uenturũ hoſtem rebantur: quod roboris in præſidio
erat opponunt. Annibal quarta uigilia ferme ad urbẽ acceſſit. Primi agminis erant perfugæ romanorũ:
& arma romana habebant. Ii: ut ad portã eſt uentũ: latinæ oẽs loquentes excitant uigiles: apeririq; portã
iubent: conſulem adeſſe. Vigiles uelut ad uocem eorũ excitati: tumultuari: trepidare moliri portam: cata
racta clauſa erat. Eam partim uectibus leuant: partim funibus ſubducunt in tantũ altitudinis: ut ſubire

Annibal a Salapiã reiectus ẽ cũ cæde

recti poſſent: Vix dum ſatis patebat iter: cum perfugæ certatũ ruunt per portam: & cum ſexcenti ferme in
traſſent: remiſſo fune: quo ſuſpẽſa erat cataracta: magno ſonitu cecidit. Salapiani alii pfugas negligenter
ex itinere ſuſpenſa humeris: ut inter pacatos gerentes arma: ĩuadũt. Alii e turri eius portæ: muriſq; ſaxis:
ſudibus: pilis abſterrẽt hoſtẽ. Ita inde Annibal ſua & ipſe fraude captus abiit ꝓfectuſq; ad Locrorum ſol
uendam obſidionẽ: quã Cincius ſumma ui operibus: tormentorumq; omni genere ex Sicilia aduecto:
oppugnabat. Magoni iam haud ferme fidenti retenturũ: d fenſurũq; ſe urbem: prima ſpes morte nuncia
ta Marcelli affulſit. Secutus inde nuncius Annibalem numidarũ equitatu præmiſſo: ipſum quantũ acce
lerare poſſet: cũ peditum agmine ſequi. Itaq;: ubi primũ numidas edito e ſpeculis ſigno: aduenare ſenſit
& ipſe patefacta repente porta: feros in hoſtes erumpit. Et primo magis: quia ĩprouiſo id fecerat: quam
quod par uiribus eſſet: anceps certamẽ erat. Deinde ut ſuperuenere numidæ: tantus pauor Romanis eſt
iniectus: ut paſſim ad mare ac naues fugerent: relictis operibus machiniſq;: quibus muros quatiebant.
Ita aduentu Annibalis ſoluta Locrorũ obſidio eſt. Criſpinus poſteaquã in brutios ꝓfectũ Annibalẽ ſen
ſit: exercitũ cui collega præfuerat. M. Marcellum tribuuũ militũ Venuſiã adducere iuſſit. Ipſe cum legio
nibus ſuis Capuam ꝓfectus: uix lecti exagitationẽ præ grauitate uulnerũ patiens Romã litteras de mor
te collegæ ſcripſit: quantoq; ipſe in diſcrimine eſſet. Se comitiorũ cã nõ poſſe Romã uenire: quia nec uiæ
laborem paſſurus uideretur. Et de Tarento ſollicitus eſſet: ne ex brutiis Annibal eo conuerteret agmẽ. Le
gatos opus eẽ ad ſe mitti uiros prudentes: cũ quibus: quæ uellet: de repu. loqueretur. Hæ litteræ recita
tæ: & magnũ luctum morte alterius cõſulis: & metũ de altero fecerũt. Itaq;. Qu. Fabium filiũ ad exercitũ
Venuſiã miſerunt. Et ad cõſulem tres legati miſſi Sex. Iunius Cæſar. L. Licinus Pollio. L. Cinci9 Halime
tus: cum paucis ante diebus ex Sicilia rediſſet. Hi nunciare cõſuli iuſſi: ut ſi ad comitia ipſe Romã uenire
nõ poſſet: dictatorẽ in agro romano diceret comitiorũ cauſa: ſi cõſul Tarentũ ꝓfectus eẽt. Q. Claudiũ
prætorẽ placere in eã regionẽ inde adducere legiones: in qua plurima ſociorũ urbes tueri poſſet. Eadem
æſtate Valerius cũ claſſe centũ nauiũ ex Sicilia in Africam trãſmiſit: & ad Clupeã urbẽ excurſione facta:
agrum late: nullo ferme obuio: uaſtauit. Inde ad naues raptim prædatores recepti: quia repente fama acci
dit claſſem punicã aduentare. lxxx. Erant & tres naues. Cum iis haud ꝓcul Clupea ꝓſpere pugnat roma
nus. Decẽ & octo nauibus captis fugatis aliis cũ magna nauali: terreſtriq; ꝑda Lylibæum redit. Eadem
æſtate & Philippus ĩplorantibus acheis auxiliũ tulit: quos & Machinidas tyrannus lacedæmoniorũ fi
nitimo bello urebat. Et ætoli nauibus p fretũ: quod Naupactũ & Patras interfluit: Rhoin ĩcolæ uocãt
exercitu traiecto: depopulati erant. Attalum quoq; regẽ Aſiæ: qa ætoli ſummũ gentis ſuæ magiſtratũ ad
eũ ꝓximo cõſilio detulerat: fama erat in Europã traiectorũ. Ob hoc Philippo in Græciam deſcẽdenti ad
Lamiã urbẽ ætoli duce Phiſia: qui prætor in eũ annũ cum abſente Attalo creatus erat: occurrerunt. Habe
bant & ab Attalo auxilia ſecũ: & ferme mille ex romana claſſe a præfecto Sulpicio miſſos. Aduerſus hũc
ducẽ: atq; has copias Philippus bis ꝓſpero euentu pugnauit: multos admodũ hoſtiũ utraq; pugna occi
dit. Inde cũ ætoli metu cõpulſi Lamiæ urbis mœnibus tenerent ſeſe. Philippus ad Phaleram exercitũ re
duxit: in maliaco ſinu: is locus eſt quõdã frequenter habitatus ꝓpter egregium portũ: tutaſq; circa ſtatio
nes: & aliã opportunitatẽ maritimã: terreſtremq;. Eo legati a rege Aegypti Ptolemæo: rhodiiſq; & athe
nienſibus & Chiis uenerunt ad dirimendũ inter Philippũ: atq; ætolos bellũ. Adhibitus ab ætolis ex fini
timis pacificator Amynãder rex Athamanũ. Omniũ aũt nõ tanta ꝓ ætolis cura erat: ferociori: quia ꝑin
geniis græcorũ gentis: quã ne Philippus: regnũq; eius graue libertati futurũ rebus græciæ ĩmiſceret. De
pace dilata cõſultatio ẽ in cõcilium achæorũ. Cõcilioq; ei & locus: & dies certa indicta. Interim triginta
dierũ induciæ ĩpetratæ. Profectus inde rex per Theſſaliã: Boetiãq; chalcidẽ Eubœæ uenit ut Attalũ: quẽ
claſſe petiturũ Eubœam audierat: portubus & littorũ appulſu arceret. Inde ꝑſidio relicto aduerſus Atta
lum: ſi forte iterim traieciſſet: ꝓfectus ipſe cum paucis equitum leuis armaturæ Argos uenit. Ibi curatio

Nerei & Nemei ludi

ne Nereorum: Nemeorumq; ſuffragiis populi ad eũ delata: quia ſe macedonũ reges ex ea ciuitate oriun
dos referunt: nereis peractis: ab ipſo ludrico extemplo Rhium profectus ẽ ad indictum multo ante ſo
ciorum concilium. Ibi de ætolico finiendo bello actũ eſt: ne cauſa aut romanis: aut Attalo intrandi Græ
ciam eſſet. Sed ea omnia uix dum induciarum tempore circũuacto: ætoli turbauere. Poſteaquã & Atta
lum Aeginam ueniſſe: & romanã claſſem ſtare ad Naupactũ audiuere. Vocati enim in cõcilium Achæo
rum: in quo eædem legatiões erant: quæ ad Phaleram egerãt de pace. primi queſti ſunt: quædã contra fi
dem conuentionis tempore induciarum facta: poſtremo negarũt dirimi bellũ poſſe: niſi Meſſeniis achæi
Pyllum redderent: Romanis reſtitueretur Athamanis Cordileo: & Pleurato: Archide: Enimuero indi
gnum ratus Philippus uictos uictori ſibi ultro conditiones ferre: ne antea quidem ſe aut de pace audiſſe:
aut inducias pepigiſſe dixit: ſpem nullã habentẽ quieturos ætolos: ſed ut oẽs ſocios teſtes haberet ſe pacis:
illos belli cauſam quæſiſſe. Ita infecta pace concilium dimiſit: quattuor millibus armatorum relictis ad
præſidiũ achæorum: & quinq; longis nauibus acceptis: quas ſi adieciſſet miſſæ nuper ad ſe claſſi cartha

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ginenſium & ex Bythinia ab rege Pruſia ueniētibus nauibus: ſtatuerat nauali ꝑlio laceſſere romanos iam diu in ea regiōe potētes maris. Ipſe ab eo cōcilio Argos regreſſus: iam. n. nemeoꝝ appetebat tēpus quæ celebrari uolebat ꝑſentia ſua. Occupato rege apparatu ludoꝝ & ꝑ dies feſtos licētius: q̃ īt͞ra belli tp̄a remittētaium. Sulpitius ab Naupacto ꝓfectus claſſem appulit īter Sicionem & Corinthū: agrūqꝫ nobiliſſimæ fertilitatis effuſe uaſtauit. Fama eius rei Philippus a ludis exciuit: raptimqꝫ cum eq̄tatu ꝓfectus: iuſſus ſe ſubſequi peditibus palatos paſſim per agros graueſqꝫ ꝑda: ut q nihil tale metuerāt adortus romanos cōpulit ī naues. Claſſis romana haud quaquā læta ꝑda Naupactum redit. Philippo quoqꝫ ludoꝝ qui reliqui erāt: celeb ritate quātæcūqꝫ de romanis tum uictoriæ partæ famam auxerat: læticiaqꝫ ingēti celebrati feſti dies: eo magis etiam: quod populariter dēpto capitis inſigni purpuraqꝫ: atqꝫ alio regio habitu æquauerat cæteris ſe in ſpēm: qua nihil gratius eſt ciuitatibus liberis: ꝓbuiſſet haud dubiam eo facto ſpem libertatis: niſi oīa intolerāda libidine fœda: ac deformia effeciſſet. Vagabatur enim cum uno: aut altero comite per maritas domos dies noctesqꝫ & ſubmittēdo ſe in priuatum faſtigium quo minus cōſpectus: eo ſolutior erat & libertatē cum aliis uanam oſtēdiſſet: totam in ſuam licētiam uerterat. Neqꝫ. n. oīa emebat aut eblādiebatur: ſed uim flagitiis adhibebat: periculoſumqꝫ & uiris & parentibus erat: moram incōmoda ſeueritate libidini regiæ feciſſe. Vni etiam principi achæoꝝ Arato adēpta uxor noīe Polycratia: ac ſpe regiaꝝ nuptiarum in Macedoniam apportata fuerat. Poſt hæc flagitia: ſolēni nemeoꝝ ludo peracto: paucisqꝫ additis diebus Dymas eſt profectus ad ꝓſidium ætoloꝝ quod ab eleis accitum acceptūqꝫ in urbem erat eiciēdum. Cycleadas penes eum ſumma imperii erat: achæiqꝫ ad Dymas regi occurrere: & eleorum accēſi odio: quod a cæteris achæis diſſentirent: & infenſi ætolis: quos romanū quoqꝫ aduerſus ſe mouiſſe bellum credebāt: profecti Dymis: coniūcto exercitu: trāſeūt Lariſſum amnem q eleum agrū a dymeo dirimit. Primū diē: quo fine hoſtium īgreſſi ſunt populādo abſumpſerūt. Poſtero die acie inſtructa ad urbem acceſſerunt ꝓmiſſis eq̄tibus: qui obequitādo portis promptū ad excurſiōes genus laceſſerēt ætolorum. Ignorabāt Sulpicium cum quīdecim nauibus a Naupacto Cyllenē traieciſſe: & expoſitis in terram quattuor millibus armatoꝝ: ſilētio noctis: ne cōſpici agmen poſſet: ītraſſe Elim. Itaqꝫ īprouiſa res ingentem iniecit terrorē: poſteaq̄ romana ſigna: atqꝫ arma inter ætolos eleoſqꝫ cognouere. Et p̄rio recipere ſuos uoluerat rex: deinde cōtracto iam inter ætolos & Thrallis (illycicoꝝ id eſt genus) certamine cū urgeri uideret ſuos: & ipſe rex cum equitatu in cohortē romanam īcurrit. Ibi equus pilo traiectus cū prolapſum in caput regē effudiſſet atrox pugna utrīqꝫ accēſa ē: & a romanis impetu in regem facto: & ꝓtegētibus regiis. Inſignis & ipſius pugna fuit: cum pedes inter eq̄tes coactus eſſet ꝑlium inire. Deinde cum iam impar certamē eſſet: caderētqꝫ ꝓpe cum multi: & uulnerarentur: raptus a ſuis: atqꝫ alteri equo iniectus fugit. Eo die caſtra quinqꝫ millia paſſuum ab urbe eleorum poſuit. Poſtero die omnis copias ad ꝓpinquum eleorum caſtellum quod Phyrgum uocant: duxit: quo agreſtium multitudinem cum pecoribus metu populationum compulſam audierat: eam inconditam inermēqꝫ multitudinem primo ſtatim terrore aduenieñs cœpit: compēſauerat ea ꝑda: quod ignominiæ ad Elim acceptum fuerat. Diuidenti ꝑdam captiuoſqꝫ (fuerant aūt quattuor millia hominum: pecorūqꝫ omnis generis ad millia uiginti) nūtius ex Macedonia uenit Eropum quēdam: corrupto arcis ꝓſidiiqꝫ ꝓfecto Lichindum cepiſſe: tenere & daſſaretiorū quoſdam uicos: & dardanos ēt cōcire. Omiſſo igitur achaico atqꝫ ætolico bello: relictis tamē duobus millibus & quingentis omnis generis armatoꝝ: cum Menippo & polyppōta ducibus ad ꝓſidium ſocioꝝ ꝓfectus ab Dymis: ꝑ Achaiam: Boetiāqꝫ: & Eubocā decimis caſtris Demetriadē in Theſſaliam peruenit. Ibi alii maiorē afferētes tumultum nuncii occurrūt: dardanos in Macedoniam effuſos Oreſtipem iam tenere: ac deſcēdiſſe in argeſteum campū. Famāqꝫ inter barbaros celebrem eſſe. Philippū occiſum. Expeditione ea qua cum populatoribus agri ad Sicyonē pugnauit: in arborem illatus impetu equi ad eminētem ramū cornu alteꝝ galeæ ꝑfregit. Id inuētum ab ætolo quodam: platūqꝫ in Aetoliam ad Scerdileum: cui notū erat inſigne galeæ: famā interfecti regis uulgauit. Poſt ꝓfectionē ex Achaia regis. Sulpicius Aeginam claſſe ꝓfectus cum attalo ſeſe coniūxit. Achæi cum ætolis: Eleiſqꝫ haud ꝓcul Meſſene ꝓſperam pugnam fecerunt. Attalus rex: &. P. Sulpicius Aeginæ hybernarunt. Exitu huius anni. T. Quintius conſul: dictatore comitiorū ludorūqꝫ faciēdoꝝ cauſa dicto. L. Manlio Torquato: ex uulnere moritur. Alii Tarenti: alii in campania mortuum tradūt. Id quod nullo ante bello acciderat: duo cōſules ſine memorando prælio īterfecti uelut orbam rempu. reliquerant. Dictator Manlius magiſtrum equitum. C. Seruiliū quintū: q tū ædilis curulis erat: dixit. Senatum: quo die primū eſt habitus: ludos magnos dictatorē facere iuſſit: quos M. Aemylius prætor urbis. C. Flaminio. Gn. Seruilio conſulibus fecerat: & in quinquēnium uouerat. Tum dictator & ludos fecit: & inſequens luſtrum uouit. Cæteꝝ cum duo cōſulares exercitus tam ꝓpe hoſtem ſine ducibus eſſent: omnibus aliis omiſſis una præcipua cura patres populūqꝫ inceſſit: cōſules primo quoqꝫ tēpore creandi: ut eos potiſſimū crearēt: quoꝝ uirtus ſatis tuta a fraude punica eſſet: cum toto eo bello damnoſa præpropera ac feruida ingenia imperatorum fuiſſent: tum eo ipſo anno conſules nimia cupiditate conferēdi cum hoſte manum in nec opinatam fraudē lapſos eſſe. Cæterum deos immortales miſertos nominis romani pepciſſe in noxiis exercitibus: temeritatē ipſorum conſulem capitibꝰ dānaſſe. Cum circūſpicerēt patres quoſnam conſules facerent: longe ante alios eminebat. C. Claudius Nero: collega quærebatur: Et uirum quidem egregium ducebant: ſed promptiorem acrioremqꝫ: quam tempora belli poſtularent: aut hoſtis Annibal temperandum acre ingenium eius moderato & prudenti uiro adiuncto collega cēſebant. M. Liuius erat homo multis annis ante ex cōſulatu populi iudicio damnatus

Philippi regis libido

Aratus Polycratia

Vide ne tribalos ꝓ trallis ſit legendum

Lichidū Ptolemæus uocat nō bachidum

Vide ne boebeida & boebā ſit legendum. T. Quintiꝰ moritur

C. Claudius Nero. M. Liuius conſ.

quam ignominiã adeo ægre tulerat:ut & rus migraret & ꝑ multos annos & urbe: & omni cœtu careret
hominũ. Octauo ferme poſt damnationem anno, M. Claudius Marcellus: &. M. Valerius Leuinus con
ſules reduxerunt eum in urbem: ſed erat ueſte obſoleta: capilloq;: & barba ꝓlyxa: præ ſe referens in uultu:
habituq; inſignẽ memoriam ignominiæ acceptæ. L. Veturius: &. P. Licinius cẽſores cũ tondere: & ſqua
lorem deponere: & in ſenatum uenire: fungiq; aliis publicis muneribus coegerunt. Sed tũ quoq; aut uer
bo aſſentiebat: aut pedibus in ſñiam ibat: donec cognati hominis eum cauſa. M. Liuii Macati: cum de fa
ma eius ageretur: ſtantem coegit in ſenatu ſñiam dicere. Tum ex tanto interuallo auditus conuertit hora
hominũ in ſe: cãmq; ſermonibus ꝑbuit: indigno iniuriam a populo factam: magnoq; id damno fuiſſe:
quod tam graui bello nec opera: nec conſilio talis uiri uſa reſpu. eſſet. C. Neroni: neq;. Qu. Fabium: neq;
M. Valerium Leuinũ dari collegas poſſe: quia duos patritios creari nõ liceret. Eãdem cãm in. T. Manlio
eſſe: ꝑterq̃ quod recuſaſſet delatum conſulatũ: recuſaturuſq; eſſet: egregiũ par cõſulum fore ſi. M. Liuium
C. Claudio collegam adiunxiſſent. Nec populus mẽtionem eius rei ortam a patribus eſt aſꝑnatus. Vnus
eam rem in ciuitate is: cui deferebatᷣ honos: abnuebat: leuitatẽ ciuitatis accuſans: ſordidati rei nõ miſertos
candidam togam inuito offerri: eodem honores pœnaſq; cõgeri: ſi bonum uiꝝ ducerẽt: qd ita pro malo
ac noxio dãnaſſent? qd ita male credito priore cõſulatu alteꝝ crederẽt? Hæc taliaq; arguẽtem: & querẽtẽ
caſtigabant patres. Et. M. Furium memorãtes reuocatum de exilio patria pulſum ſede ſua reſtituiſſe: ut
parẽtum ſcæuitiam: ſic patriæ patiẽdo ac ferẽdo leniẽdam eſſe. Adnixi omnes cum. C. Claudio cõſulem
M. Liuium fecerunt. Poſt diem tertium eius diei ꝑtoꝝ comitia habita. Prætores creati. L. portius Licinꝰ

Quia nõ dum ca tones erãt uide ne centones ſit legen dum

C. Mãlius: &. C. Hoſtilius Catones. Comitiis ꝑfectis: ludiſq; factis: dictator & magiſter equitum magi
ſtratu abierũt. C. Terẽtius Varro in Ethruriam pro ꝑtore miſſus: ut ex ea ꝓuincia. C. Hoſti. Tarẽtũ ad
eum exercitũ iret quẽ. T. Quintius conſul habuerat: &. L. Man. trans mare legatus iret: uiſeretq;: q̃ ibi ge
rerẽtur. Simul qdᷣ Olympiæ ludicrũ ea æſtate futuꝝ erat: qdᷣ maximo cœtu Grætiæ celebraretur: ut ſi tu
to hoſtẽ poſſet adire id cõſilium: ut q ſiculi bello ibi ꝓfugi: aut tarẽtinis ciues relegati ab Annibale eſſent:
domos redirẽt: ſcirẽtq; oĩa ſua iis: q̃ ante bellum habuiſſent: reddere populũ ro. Quia piculoſiſſimus an
nus ĩminere uidebatᷣ: neq; conſules in rep. erant: in conſules deſignatos oẽs uerſi q̃primũ cos ſortiri ꝓuin
cias: & ꝑſciſcere quã quis eoꝝ prouinciã: quẽ hoſtẽ haberet: uolebant. De reconciliatiõe & iam gratiæ co
rum in ſenatu actũ eſt: pricipio facta a. Qu. Fabio Maximo. Inimicitiæ aũt nobiles ĩter eos erant: & acer
biores eas indignioreſq; Liuio ſua calamitas fecerat: qdᷣ ſpretũ ſe in ea fortuna credebat. Itaq; is magis im
plicabilis erat: & nihil opus eſſe recõciliatione aiebat: acrius & intẽtius oĩa geſturos: timẽtes ne creſcẽdi ex
ſe inimico collegæ poteſtas fieret. Vicit tamẽ auctoritas ſenatus: ut poſitis ſimultatibus: cõi aĩo conſilioq;
admĩſtrarent rẽp. Prouinciæ iis nõ ꝑmixtæ regionibus ſicut ſupioribus annis: ſed diuerſæ extremis Ita
liæ finibus: alteri aduerſus Annibalẽ Brutii. Lucani. Alteri Gallia aduerſus Aſdrubalẽ: quẽ alpibus ap
propinquare fama erat decreta. Exercitum ex duobꝰ q in Gallia: quiq; in Ethruria eſſent: addito urbano
eligeret: quẽ mallet: q Galliam eẽt ſortitus. Cui Brutii ꝓuincia eueniſſet: nouis legiõibus urbanis ſcriptis
utrius mallet cõſulũ peioris ãni exercitũ ſumere. Relictũ aũt a cõſule exercitum. Qu. Ful. ꝓconſul acciperet
eiq; in annũ imperiũ eſſet: &. C. Hoſtilio: cui pro Ethruria Tarẽtum mutauerant ꝓuinciã: pro Tarento
Capuã: legio una data ẽ: cui Fuluius ꝓximo ãno ꝑfuerat. De Aſdrubalis aduẽtu in Italiam cura in dies
creſcebat. Maſſiliẽſium primũ legati nunciauerãt eum in Galliã trãſgreſſum: erectoſq; aduẽtu eius: quia
magnũ pondus auri attuliſſe diceretᷣ: ad mercedẽ auxilia conducẽda galloꝝ aĩos. Miſſi deinde cũ iis lega
ti ab Roma Sex. Antiſtius: &. M. Retius ad rem inſpiciẽdam: q retulerũt miſiſſe cũ Maſſiliẽſium ducibꝰ
q ꝑ hoſpites eoꝝ principes galloꝝ oĩa explorata referrẽt. Pro compto habere Aſdrubalẽ ingẽti iã coacto
exercitu ꝓximo uere alpes traiectuꝝ: nec tum eum quicquã aliud morari: ni quod clauſæ hyeme alpes eſ
ſent: in locũ. M. Marcelli. L. Aquilius Petus augur creatus inauguturuſq;. Et. Gn. Cornelius Dollobella
rex ſacroꝝ inauguratus eſt: in locum. M. Martii q biẽnio ante mortuus erat. Hoc eodem anno & luſtrũ

Cenſus

cõditum eſt a cẽſoribus. P. Sẽpronio Tuditano: &. M. Cornelio Cethego: cenſa ciuium capita. cxxxvii.
millia. c. &. viii. minor aliquãto numerus: quã qui ante bellum fuerat: eo anno primũ ex quo Annibal
in Italiam ueniſſet: comitium tectum eſſe memoriæ ꝓditum eſt: & ludos romanos ſemel inſtauratos ab
ædilibus curulibus. Q. Metello: &. C. Seruilio: & plebeis ludis biduum inſtauratũ eſt ab. Qu. Mãlio:
&. M. Cecilio Metello ædilibus plebs: & tria ſigna ad Cereris ædem dederunt. Et Iouis epulum fuit lu

Sedẽ libẽ tius q̃ fi dẽ legerĩ

dorum cauſa. Conſulatum inde ineunt. C. Claudius Nero: &. M. Liuius iterum. Qui: quia iam deſigna
ti prouincias ſortiti erant: prætores ſortiri iuſſerunt. C. Hoſtilio urbana iuriſdictio euenit: addita peregri
na: ut tres in prouincias exire poſſent. Licinio Sardinia. C. Manlio Sicilia. L. Portio Gallia obuenit. Sũ
ma legionum trium &. xx. Ita per prouincias diuiſa: ut binæ conſulũ eſſent. Quattuor Hiſpania haberet:

Copiæ ro.

Tres ꝑtores: binas in Sicilia: in Sardinia: & Gallia. Duas. C. Terentius in Ethruria. Duas. Qu. Fuluius
in brutiis. Duas. Qu. Claudius circa Tarentũ & ſalentinos. Vnam. C. Hoſtilius Tubulus Capuæ. Duæ
urbanæ ut ſcriberẽtur. Primis quattuor legionibus populus tribunos creauit. In cæteras cõſules miſerũt.

Prius quam conſules proficiſcerentur: nouẽdiale ſacrum fuit: quia ueiis de cælo lapidauerat. Sub uni
us prodigii: ut fit mentionem alia quoq; nunciata. Minturnis ædem Iouis & lucum Maricæ: item At
tellæ murum: & portam de cælo tactam: Minturnenſes terribilius: quod eſſet: adiiciebant. Sanguinis ri

Prodigia

uum in porta fluxiſſe. Et Capuæ lupus nocte portam ingreſſus uigilem laniauerat. Hæc procurata
hoſtis maioribus prodigia & ſupplicatio idem unum fuit. Et ex decreto pontificum iterum nouen

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

diale inſtauratum:quod in armiluſtro lapidibus uiſum pluere:liberas religione mentes turbauit rurſus:
nunciatũ Fruſinone infantem natum eſſe quadrimo parem. Nec magnitudine tam mirãdum quam q̃d
is quoq;:ut Sinueſſæ biẽnio ante incertus an mas an fœmina eſſet:natus erat. Id uero aruſpices ex Ethru
ria acciti fœdum ac turpe ꝓdigium dicere extorrẽ agro romano procul terræ contactu alto ĩmergendum
uiuum in archam condidere:prouectũq; in mare proiecerunt. Decreuere item pontifices ut uirgines no-
uennæ per urbem euntes carmen canerent. Id cum in Iouis Statoris æde diſcerent conditum ab Liuio poe
ta carmen:tacta de cælo ædes in Auentino Iunonis reginæ:prodigiũq; id ad matronas pertinere aruſpi-
ces cum reſpondiſſent:donoq; diuam placandam eſſe:ædilium curulium edicto:in Capitolium conuo
catæ:quibus in urbe Roma:intraq; decimũ lapidem ab urbe domicilia eſſent ipſæ inter ſe quinq; & uigi
ti delegerunt:ad quas ex dotibus ſtipem conferrent. Inde donũ peluis aurea facta:lataq; in Auentinũ:pu-
req; & caſte a matronis ſacrificatum:cõfeſtim ad aliud ſacrificium eidem diuæ ab decẽuiris edicta dies:
cuius ordo tali fuit. Ab æde Apollinis bones fœminæ duæ albæ porta Carmentali ĩ urbem ductæ. Poſt
eas duo ſigna cupreſſa Iunonis reginæ portabantur. Tum ſeptem & uiginti uirgines lõgam indutæ ue-
ſtem carmẽ in Iuuonem reginam canentes ibant:illa tempeſtate forſitan laudabile rudibus ingeniis:nunc
abhorrens & inconditum:ſi referatur. Virginum ordinem ſequebãtur decẽuiri coronati laurea:prætexta-
tiq; a porte Iugario uico in foꝝ uenere. In foro pompa conſtitit. Per manus reſte data:uirgĩes ſonum uo-
cis pulſu pedum modulantes inceſſerunt. Inde uico Tuſco Velabroq; per Boarium foꝝ in cliuum pu-
blicum:atq; ædem Iunonis reginæ perrectum. Ibi duæ hoſtiæ a decem uiris immolatæ:& ſimulacra cu
preſſea in ædem illata. Diis rite placatis delectũ conſules habebant:acrius intentiuſq;:q̃ prioribus annis
quiſq̃ meminerat habitum:nam & belli terror duplicatus noui hoſtis in Italiam aduentu:& minus iuuẽ
tutis erat:unde ſcriberent milites:itaq; colonos etiam maritimos:qui ſacroſanctam uacationem diceban-
tur habere:dare milites cogebant. Quibus recuſantibus:edixere in diem certam:ut quo quiſq; iure uaca-
tionem haberet ad ſenatum referret. Ea die hi populi ad ſenatum uenerunt oſtienſis:alſienſis:antias:anxu-
ras:minturnenſis:ſinueſſanus:& a ſupero mari ſenenſis. Cũ uacationes ſuas quiſq; populus recitaret nul-
lius:cum in Italia hoſtis:eſſet præter antiatem:oſtienſemq; uacatio obſeruata eſt. Earũq; coloniarum iu-
niores iureiurando adacti:ſuper dies triginta non pernoctaturnos ſe extra mœnia coloniæ ſuæ donec ho
ſtis in Italia eſſet. Cum omnes cẽſerent primo quoq; tẽpe conſulibus eundum ad bellum (nam & Aſdru-
bali occurrendum eſſe deſcendenti ab alpibus:ne gallos ciſalpinos:neue Ethruriam erectam in ſpem rerũ
nouarum ſollicitaret:& Annibalem ſuo proprio occupandum bello:ne emergeret ex brutiis: atq; obuiã
fratri ire poſſet) Liuius cũctabatur:paꝝ fidens ſuaꝝ ꝓuinciaꝝ exercitibus. Collegam ex duobus cõſula-
ribus egregiis exercitibus: & tertio cui. Qu. Claudius Tarenti præeſſet:electionem habere:intuleratq; mẽ
tionem deuolonibus reuocandis ad ſigna:ſenatus liberam ptãtem conſulibus fecit:& ſupplendi unde uel
lent:& eligẽdi de omnibus exercitibus quos uellent:ꝑmutandiq; ex ꝓuinciis quos e rep. cẽſerent eſſe:tra
ducendi. Ea omnia cum ſumma cõcordia conſulum acta. Volones in undeuiceſimã & uiceſimã legiones
ſcripti magni roboris auxilia. Ex Hiſpania quoq; a. P. Scipione Liuio miſſa:q̃dam ad id bellum aucto-
res ſunt:octo millia hiſpanoꝝ gallorumq;:& duo millia de legionibus militum:equitũq; mille octingẽ
tos mixtos numidas hiſpanoſq;. M. Lucretium has copias nauibus abduxiſſe. Et ſagittariorum fundito
rumq; ad quattuor millia ex Sicilia. C. Manlium miſiſſe. Auxerunt Romæ tumultum litteræ ex Gallia
miſſæ ab. L. portio prætore Aſdrubalem mouiſſe ex hybernis:& iam alpes tranſire. Octo millia ligurũ
conſcripta:armataq; coniunctura q; ſe tranſgreſſo in Italiam eſſe:niſi mitteretur in ligures: qui eos bello
occuparet:ſe cum inualido exercitu:quod tutum putaret:progreſſuꝝ. Hæ litteræ conſules raptim confe-
cto delectu maturius:quam conſtituerant:exire in prouincias coegerunt:ea mente ut uterq; conſulũ ho-
ſtem in ſuam prouinciam continerent:ut neq; coniungi:neq; conferre in unum uires paterẽtur. Plurimũ
in eam rem adiuit opinio Annibalis:quod & ſi ea æſtate tranſiturum in Italiam fratrem crediderat:recor
dando quæ ipſe in tranſitu nunc Rhodani:nunc alpium cum hominibus:lociſq; pugnando per quinq;
menſes exhauſiſſet:haud quaquã tam facilem:maturumq; tranſitum expectabat. Ea tardius mouendi
ex hybernis cauſa fuit. Cæterum Aſdrubali & ſua:& aliorum ſpe omnia celeriora & expeditiora fuere.
Non enim receperunt modo auerni eum:deincepſq; aliæ gallicæ atq; alpinæ gentes:ſed etiam ſecutæ ſunt
ad bellum:& cum per munita pleraq; tranſitu fratris:quæ antea inuia fuerant:ducebat:tum etiam duo-
decim annorum conſuetudine:peruiis alpibus factis:inter mitiora iam hominum tranſibant ĩgenia. Inu-
ſitati namq; antea alienigenis:nec uidere ipſi aduenam in ſua terra aſſueti omni generi humano inſociales
erant:& primo ignari:quo penus pergeret:ſuas rupes:ſuaq; caſtella:& pecorum hominũq; prædam pe
ti crediderant. Fama deinde punici belli:quo duodecimum annum Italia urebatur:ſatis edocuerat uiam
tantum Alpis eſſe. Duas prævalidas urbes magno inter ſe maris:terrarumq; ſpacio diſcretas:de imperio
& opibus certare. Hæ cauſæ aperuerant alpes Aſdrubali. Cæterum quod celeritate itineris profectũ erat:
id mora ad Placentiam:dum fruſtra obſidet magis:quam oppugnat:corrupit. Crediderat campeſtris op
pidi facilem expugnationem eſſe:& nobilitas coloniæ induxerat eum magnum ſe excidio eius urbis ter
torem cæteris ratum iniecturum. Non ipſum ſolum ea oqpugnatio impediit:ſed Annibalem poſt fa-
mam tranſitus eius tanto ſpe ſua celeriorem iam mouentem ex hybernis continuerat. Quippe reputan-
tem non ſolum:quam lenta urbium oppugnatio eſſet:ſed etiam quam ipſe fruſtra eandem illam colo-
niam ab Trebia uictor regreſſus temperaſſet. Conſules diuerſis itineribus profecti ab urbe uelut in duo

Iugarius uicus

De ſena gallica intelligas oportet

Aſdrubal alpes celerius Annibale ſuperat

Metus ciuitatis

pariter bella diſtenderant curas hom inū ſimul recordantiū: quas primus aduentus Annibalis intuliſſet Italiæ clades: ſimul cum illa augeret cura quos tam propitios urbi atqꝫ imperio fora deos: ut eodem tempore utrobiqꝫ reſpu. pſpere gereretur: aduerſa ſecūdis penſandorē ad id tempus extractam eſſe. Cum in Italia ad Thraſymenum & Cannas pcipitaſſet romana reſp. Proſpera bella in Hiſpania plapſam eam erexiſſe. Poſtea cum in Hiſpania alia ſuper aliam clades duobus egregiis ducibus amiſſis: duos exercitus ex parte deleſſet multa ſecunda in Italia: Siciliaqꝫ geſta: quaſſatam rempu. excepiſſe. Et ipſum interuallum loci: quod in ultimis terrarum oris alteꝝ gereretur bellum: ſpatium dediſſe ad reſpirandum. Nunc duo bella in Italia: accepta: duos celeberrimi nominis duces circūſtare urbem Romam: & unum in locum totā periculi molem omne onus incubuiſſe: qui eorum prior uiciſſet: intra paucos dies caſtra cum altero iūcturum. Terrebat & proximus annus lugubris duorum conſulum funeribus. His anxii curis homines digredientes in prouincias conſules pſecuti ſunt. Memoriæ proditum eſt: plenum adhuc ira in ciues M. Liuium ab bellum proficiſcentem: momenti. Qu. Fabio ne prius: quam genus hoſtium noſſet: temere manum confereret: reſpondiſſe: ubi primū hoſtium agmen conſpexiſſet pugnaturꝫ. Cum quæreretur quæ

Hoſtium cædes

cauſa eſſet feſtinandi: Aut ex hoſte egregiam gloriam inquit: aut ex ciuibus uictis gaudium meritum certe & ſi non honeſtum: capiam. Priuſquam Claudius conſul in prouinciam perueniret: per extremū finē agri larinatis ducentem in ſalentinos exercitum Annibalem cum expeditis cohortibus adortus. C. Hoſtilius Tubulus in compoſito agmine terribilem tumultum intulit. Ad quattuor millia hominum occidit Nouem ſigna militalitaria cepit. Mouerat ex hybernis ad famā hoſtis. Qu. Fabius: qui per urbes agri ſalentini caſtra diſpoſita habebat. Itaqꝫ ne cum duobus exercitibus ſimul coufligeret Annibal: nocte caſtra ex agro tarentino mouit. atqꝫ in brutios conceſſit. Claudius in ſalentinos agmē cōuertit: Hoſtilis Capuā petens: obuius ad Venuſiam fit conſuli Claudio. Ibi ex utroqꝫ exercitu electa peditum quadraginta millia: duo millia & quingenti equites: quibus conſul aduerſus Annibalem rem gereret: reliquas copias Hoſtilius Capuam ducere iuſſus: ut. Qu. Fuluio proconſuli traderet: Annibal undiqꝫ cōtracto exercitu quē in hybernis aut in præſidiis agri brutii habuerat: in lucanos ad Grumentum uenit ſpe recipiendi oppida: quæ per metum ad romanos defeciſſent: eodem a Venuſia conſul romanus: exploratis itineribus: contendit: & mille fere & quingētos paſſus caſtra ab hoſte locat. Grumēti mœnibus ppe iunctum uidebat pœnorum uallum quingēti paſſus intererant caſtra punica ac romana. Interiacebat campus: colles īminebāt nudi ſiniſtro lateri Carthaginēſium: dextro romanoꝝ neutri ſuſpecti: quod nihil ſiluæ, neqꝫ ad inſidias latebrarum habebant. In medio campo ab ſtationibus pcurſantes: certamīa haud ſatis digna dictum ferebant. Id modo romanum quærere apparebat: ne abire hoſtem pateretur. Annibal inde euadere cupiēs: totis uiribus in aciem deſcendebat. Tum conſul ingenio hoſtis uſus: quo minus in tam apertis collibus timeri īſidiæ poterant: quinqꝫ cohortibus additis qnqꝫ manipulis t nocte iugum ſuperare: & in aduerſū uallibus conſidere iubet: exurgēdi tempus ex īſidiis: & aggredi hoſtem. T. Claudium Aſellum tribunum militum: & P. Claudium præfectum ſocium edocet: quos cum iis mittebat. Ipſe luce prima copias oēs pe

Ro. cōſulis ſtratagema

ditum equitumqꝫ ī aciem eduxit. Paulopoſt & ab Annibale ſignum pugnæ ppoſitum eſt: clamorqꝫ: ī caſtris ad arma diſcurrētium eſt ſublatus: inde eques pedeſqꝫ certatim portis ruere: ac palati p campum properare ad hoſtes. Quos ubi effuſos cōſul uidet: tribuno militum tertiæ legiōis. C. Arūculeio imperat: ut equites legionis: quāto maximo impetu poſſet: in hoſtem. Ita pecorum modo īcompoſitos toto paſſim ſe campo fudiſſe: ut ſterni obteriqꝫ: priuſquam inſtruantur: poſſint. Nōdum Annibal e caſtris exierat: cū pugnantium clamorem audiuit. Itaqꝫ excitus tumultu raptim ab hoſtem copias agit. Iam primos occupauerat equites terros: peditum etiam prima legio: & dextera ala prælium inibant. Incompoſiti hoſtes ut quemqꝫ aut pediti: aut equiti caſus obtulit: ita cōſcerunt manus. Creſcit pugna ſubſidiis: & procurrentium ad certamen numero augetur: pugnāteſqꝫ: quod niſi in uetere exercitu: & duci ueteri haud facile eſt: inter tumultum ac terrorem inſtruxiſſet Annibal: ni cohortium: ac manibuloꝝ decurrentium per colles clamor ab tergo auditus: metum: ne includerentur a caſtris, inieciſſet. Inde pauor incuſſus: & fuga paſſim fieri cœpta eſt: minorqꝫ cædes fuit: quia propinquitas caſtrorum breuiorem fugam perculſis fecit: equites enim in tergo inhærabant. In tranſuerſa latera inuaſerāt cohortes ſecundis collibus uia nuda: ac facilis decurrentes: tamen ſupra octo millia homiuum occiſa: ſupra ſeptingentos capti: ſigna militaria nouem

Cædes pœ.

adempta. Elephanti etiam: quorum nullus uſus in repētina ac tumultuaria pugna fuit quattuor occiſi: duo capti: & circa romanorum ſociorumqꝫ ductores ceciderunt. Poſtero die pœnus quieuit. Romanus ī aciem copiis ductis poſteaquā neminem ſigna contra efferre uidit: ſpolia legi cæſorum hoſtium: & ſuorum corpora collata in unum ſepeliri iuſſit inde inſequentibus continuis diebus aliquot ita inſtitit portis ut prope inferre ſigna uideretur donec Annibal tertia uigilia crebris ignibus tabernaculiſqꝫ: quæ pars caſtrorum ad hoſtes uergebat: & numidis paucis: qui in uallo portiſqꝫ ſe oſtenderēt: relictis: profectus Apuliam petere intendit. Vbi illuxit ſucceſſit uallo romana acies: & numidæ excompoſito pauliſper ſe in portis atqꝫ uallo oſtentauere: fruſtratiqꝫ aliquādiu hoſtes citatis equis agmen ſuoꝝ aſſequuntur. Conſul ubi ſilentium in caſtris: & ne paucos quidem: qui prima luce obambulauerant: parte ulla cernebat: duobus equitibus ſpeculatum in caſtra præmiſſis: poſteaquam tuta omnia ſatis eſſe exploratum eſt: inferri ſi

Atē. pœnoꝝ cædem

gna iuſſit. Tātumqꝫ ibi moratus: dum millites ad predam diſcurrerēt receptui. deinde cecinit: multoqꝫ ante noctem copias reduxit. Poſtero die prima luce profectus magnis itineribus famam: & ueſtigia agminis ſequens haud procul Venuſia hoſtem aſſequitur. Ibi quoqꝫ tumultuaria pugna fuit: ſupra uigīti mil

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſia pœnoꝝ cæſa. Inde nocturnis mõtaniſq; itineribus pœnus ne locum pugnãdi daret. Metapontium pe
tiit. Hanno inde (is enim præſidio eius loci præfuerat) in brutios cum paucis ad exercitum nouum com
parandum miſſus Annibal copiis eius ad ſuas additis Venuſiam retro: quibus uenerat itineribus: petit:
atq; inde Canuſium procedit. Nunquam Nero ueſtigiis hoſtis abſtiterat: & .Qu. Fuluium: cum Meta-
pontum ipſe proficiſceretur: in lucanos ne regio ea ſine præſidio eſſet: accerſierat. Inde hæc ab Aſdrubale:
poſteaquam a Placentiæ obſidione abſceſſit: quatuor galli equites: duo numidæ cum litteris ad Anniba
lem miſſi cum per medium hoſtem totam ferme lõgitudinẽ Italiæ emenſi eſſent: dum Metapõtum ceden
tem Annibalem ſequuntur: incertis itineribus Tarẽtum delati a uagis per agros populatoribus romanis
ad .Qu. Claudium proprætorem deducũtur. Eum primo incertis implicantes reſponſis: ut metus tormẽ-
torum admotus fateri uera coegit: edocuerũt litteras ſe ab Aſdrubale ad Annibalem ferre. Cum iis litte-
ris: ſicut erant: ſignatis. L. Virginio tribuno militum ducendi ad Claudium conſulem tradũtur. Duæ ſi- Claudii
mul turmæ ſamnitum pſidii cauſa miſſæ. Qui ubi ad conſulem peruenerũt: litteræq; lectæ per interpre- conſulis
tem ſunt: & ex captiuis percũctatio facta. Tum Claudius non id tempus eſſe reip. ratus: quo conſiliis or conſiliũ
dinariis prouinciæ ſuæ quiſq; finibus per exercitus ſuos cum hoſte deſtinato a ſenatu bellum gereret au-
dendum ad nouandum aliquid improuiſum inopinatumq;: quod cœptum non minorem apud ciues:
quam hoſtes terrorem faceret: perpetratum in magnam lætitiam ex magno metu uerteret litteris Aſdru-
balis Romam ad ſenatum miſſis: ſimul: & ipſos patreſconſcriptos quid pararet: edocet: ut cum in Vm-
bria occurſurum ſe Aſdrubal fratri ſcribat: legionem a Capua Romam accerſant: delectum Romæ habe-
ant exercitum urbanum ac Narniam hoſti opponãt. Hæc ſenatui ſcripta præmiſſi inde per agrum lari-
natem marrucinum ferentinum: præpucianum: qua ducturus exercitũ erat: ut omnes ex agris urbibuſq;
commeatus paratos militi ad ueſcendum in uiam deferrent: equos iumentaq; alia producerent ut uehicu-
lorum feſſis copia eſſet ipſe de toto exercitu ciuium ſociorũq;: quod roboris erat: delegit ſex millia peditũ
& mille equites. Pronunciat occupare ſe in lucanis proximam urbem: punicũq; in ea præſidium uelle: ut
ad iter parati omnes eſſent. Profectus nocte flexit in Picenum: & cõſul quidem: quantis maximis itineri-
bus poterat: ad collegam ducebat: relicto .Qu. Tatio legato: qui caſtris præeſſet Romæ non minus terro
ris ac tumultus erat: quã fuerat biennio ante cum caſtra punica obiecta romanis mœnibus: portiſq; fuerãt
neq; ſatis conſtabat aĩs: tam aurum. Caſtra prope Annibalem hoſtem relicta: ſine duce cum exercitu: cui
detractum foret: omne: quod roboris quod floris fuerat: & conſulem in lucanos oſtẽdiſſe iter: cum Pice-
num & Galliam peteret caſtra relinquẽtem nulla alia re tutiora: q̃ errore hoſtis q ducem inde: atq; exerci-
tus partem abeſſet ignoraret. Quid futuꝝ: ſi id palam fiat: & aut inſequi Neronem cum ſex millibus ar-
matoꝝ pfectum Annibal toto exercitu uelit: aut caſtra inuadere prædæ relicta ſine uiribus: ſine imperio: Ancipi
ſine auſpicio. Veteres eius belli clades: duo conſules pximo ãno interfecti terrebant: & ea omnia accidiſſe tes me-
cum unus imperator unus exercitus hoſtium in Italia eſſet. Nunc duo punica bella facta duos ingentes trui lo ſæ
exercitus: duos ppe Annibales in Italia eſſe. Quippe & Aſdrubalem patre eodem Amilcare genitũ: æque ciuium
impigrum ducẽ p tot in Hiſpania ãnos romano exercitatum bello: gemina uictoria inſignẽ duobus duci curæ
bus cum clariſſimis exercitibus deletis. Nam itineris qdem celeritate ex Hiſpania concitatis ad arma gal-
licis gentibus: multo magis quam Annibalem ipſum gloriari poſſe. Quippe in iis locis hũc coegiſſe ex-
ercitum: quibus ille maiorem partem militum fame ac frigore: quæ miſerrima mortis genera ſunt ami-
ſiſſet. Adiiciebant etiam periti rerum Hiſpaniæ: haud cum ignoto eo duce .C. Neronem congreſſurum:
ſed quem in ſaltu impedito deprehenſus foret: haud ſecus: quam puerum conſcribendis fallacibus condi-
tionibus pacis fruſtratus eluſiſſet. Omnia maiora etiam uero præſidia hoſtium minora ſua metu inter-
prete: ſemper in deteriora inclinato ducebant. Nero poſteaquam iam tantum interualli ab hoſte fecerat:
ut detegi conſilium ſatis tutum eſſet: paucis milites alloquitur. Negat ullius conſilium imperatoris in ſpe
ciem audacius: re ipſa tutius fuiſſe: quam ſuum: ad certam eos ſe uictoriam ducere. Quippe ad quod bel
lum collega: non antequã ad ſacietatem ipſius peditum atq; equitum datæ ab ſenatu copiæ fuiſſent: ma-
iores inſtructioreſq;: quã ſi aduerſus ipſum Annibalem iret: profectus ſit: eos ipſos: quantũcunq; uirtus
momentum addiderit: rem omnem inclinaturos: auditum modo in acie. Nam ne ante audiretur daturũ
operam alterum conſulem: & alterum exercitum adueniſſe: haud dubiam uictoriam facturum: famã bel-
li conficere: & parua momenta in ſpem metũq; impellere animos. Gloriæ quidem ex re beneгeſta partem
fructum prope omnẽ ipſos laturos. Semper quod poſtremum adiectum ſit: id rem totam uideri traxiſ-
ſe. Cernere ipſos quo concurſu: qua admiratione: quo fauore hominum iter ſuum celebretur. Et Hercule
per inſtructa omnia ordinibus uirorum: mulierũq; undiq; ex agris effuſoꝝ inter uota: & preces: & lau-
des ibant. Illos præſidia reipu. uindices urbis Romæ imperiiq; appellabant: in illorum armis: dextriſq;
ſuam: & liberorum ſuorum ſalutem ac libertatem repoſitam eſſe: deos deaſq; precabãtur: ut illis fauſtum
iter: felixq; pugna: matura ex hoſtibus uictoria eſſet: & damnarentur ipſi uotoꝝ: quæ pro iis ſuſcepiſſent
ut quẽadmodum ipſi nunc ſolliciti proſequerentur eos: ita paucos poſt dies læti ouantibus uictoria ob-
uiam irent. Inuitare inde pro ſe quiſq; & offerre: & fatigare precibus: ut quæ ipſis: iumentiſq; uſui eſſent:
ab ſe potiſſimum ſumerent: benigne omnia cumulata dare. Modeſtia certare milites: nequid ultra uſum
neceſſarium ſumerent. Nihil morari: nec ab ſignis ſubſiſtere: cibum capientes: diem ac noctem ire: uix qđ
ſatis ad naturale deſyderium corporum eſſet: quieti dare. Et ad collegam promiſſi erant: qui nunciarent
aduentum: percunctarẽturq; clam an palam interdiu an noctu uenire ſeſe uellet: iiſdem an aliis conſidere

Tacitus Neronis acceſſus in caſtra

caſtris. Nocte clam ingredi melius uiſum eſt. Teſſara per caſtra a Liuio conſule data erat: ut tribunus tri/
bunum centurio cẽturionem: eques equitem: pedes peditem acciperet. Neq; enim dilatari caſtra opus eſſe
ne hoſtis aduẽtum alterius conſulis ſentiret: & coartatio plurium in anguſto tẽdẽtium facilis futura erat
quod claudianus exercitus nihil fere præter arma ſecum in expeditionem tulerat. Cæterum in ipſo itinere
auctum uoluntariis agmen erat offerentibus ſeſe ultro: & ueteribus militibus perfunctis iam militia: &
iuuenibus: quos certatim nomina dantes: ſi quorum corporis ſpecies roburq; uirium aptum militiæ ui
debatur: conſcripſerat. Ad Senam caſtra alterius conſulis erant. Quingentos inde ferme paſſus Aſdrubal
aberat. Itaq; cum iam appropinquaret tectus montibus ſubſtitit Nero: ne ante noctem caſtra ingredere/
tur. Silenti ingreſſi: a ſuis quiſq; ordinis hominibus in tentoria adducti: cum ſumma omnium lætitia
hoſpitaliter excipiuntur. Poſtero die concilium habitum: cui &. L. Portius Licinius prætor affuit. Caſtra
iuncta conſulum caſtris habebat: & ante aduẽtum eorum per loca alta ducẽdo exercitum: cum modo in/
ſideret anguſtos ſaltus: ut tranſitum clauderet modo ab latere aut tergo carperet agmen ludificatꝰ hoſtem
omnibus artibus belli fuerat. Is tum in concilio aderat. Multorum eo inclinabant ſententiæ: ut dum feſ/
ſum uia ac uigiliis reficerent militem. Nero ſimul & ad noſcendum hoſtem paucos ſibi ſumeret dies: tẽ/
pus pugnæ differretur Nero non ſuadere modo ſed ſumma ope orare inſtitit: ne conſilium ſuum: quod
tutum celeritas feciſſet temerarium morando facerent errorẽ: qui non diuturnus futurus eſſet: uel ut torpẽ
tem Annibalem: nec caſtra ſua ſine duce relicta aggredi: nec ad ſequendum iter intendiſſe: antequam ſe mo
ueat: deleri exercitum Aſdrubalis poſſe: redireq; in apuliam: qui prolatando hoſti ſpatium det: cum & il
la caſtra ꝓdere Annibali: & aperire in Galliam iter: ut per otium: ubi uelit. Aſdrubali coniungatur. Extẽ
plo ſignum dandum: & exeundum in aciem abutendũq; errore hoſtium abſentium præſentiumq;: dum
neq; illi ſciant cum paucioribus: nec hi cum pluribus & ualidioribus rem eſſe. Conſilio dimiſſo: ſignum
pugnæ proponitur confeſtimq; in aciem procedunt. Iam hoſtes ante caſtra inſtructi ſtabant. Moram pu
gnæ attulit: quod Aſdrubal ꝓuectus ante ſigna cum paucis equitibus ſcuta uetera hoſtium notauit: quæ
ante non uiderat & ſtrigoſiores equos: multitudo quoq; maior ſolita uiſa eſt. Suſpicatus id: quod erat:
receptui propere cecinit: ac miſit ad flumen: unde aquabantur: ubi & excipi aliqui poſſent: & notari ocu/
lis: ſiqui forte aduſtioris coloris: ut ex recenti uia eſſent: ſimul circũuehi caſtra iubet: ſpeculariq;: num au/
ctum aliqua parte ſit uallum. Et ut attendant: ſemel bis ne ſignum canant in caſtris. Ea cũ ordine omnia
relata eſſent: caſtra nihil aucta: errorem faciebant: bina erant: ſicut ante aduentum conſulis alterius fuerant

Anceps Aſdrubalis cura

una Liuii: altera. L. Portii: neutris quicquam: quo latius tenderetur ad munimenta adiectum. Illud uete/
rem ducem: aſſuetũq; romano hoſti mouit: quod ſemel in prætoriis caſtris ſignum: bis in cõſularibus re/
ferebant ceciniſſe: duos ꝓfecto conſules eſſe: & quonammodo alter ab Annibale abſceſſiſſet cura angebat:
minime: id quod erat ſuſpicari poterat: tantæ rei fruſtratione Annibalem eluſum: & ubi dux: ubi exercitꝰ
eſſet: cum quo caſtra collata haberet: ignorare profecto haud mediocri clade abſterritum: inſequi nõ au/
ſum: magnopere uereri: ne perditis rebus ſerum ipſe auxilium ueniſſet: romaniſq; eadem iam fortuna in
Italia: quæ in Hiſpania eſſet. Interdum litteras ſuas ad eum non perueniſſe: credere: interceptiſq; iis conſu/
lem ad ſeſe opprimendum acceleraſſe. His anxius curis: extinctis ignibus: uigilia prima dato ſigno: ut ta
citi uaſa colligerent: ſigna efferri iuſſit. In trepidatione: & nocturno tumultu duces parum intenti iter aſ/
ſeruarũt: alter indeſtinatis iam inde ante animo latebris ſubſedit: alter per uada nota Metaurum flumẽ tra/
nauit. Ita deſertum a ducibus agmẽ primo per agros palatur: feſſiq; aliquot ſomno: ac uigiliis ſternunt
corpora paſſim: atq; in frequentia relinquunt ſigna Aſdrubal dum lux uiam iam oſtenderet: ripa flumi/
nis ſigna ferri iubet: & per tortuoſi amnis ſinus: flexuſq; cũ errore uoluens haud multum proceſſiſſet: ubi
prima lux tranſitum opportunũ oſtendiſſet. tranſiturus erat: ſed cum quantum a mari abſcedebat: tanto
altioribus coercẽtibus amnem ripis non inueniret uada. diem terrendo ſpatium dedit ad inſequendum ſe

Conſiliũ Aſdrubalis in inſtruenda acie

ſe hoſti. Nero primũ cum omni equitatu aduenit. L. Portius deinde aſſecutus cum leui armatura. Qui
cum feſſum agmen carperent ab omni parte: incurſarentq;: & iam omiſſo itinere: quod fugæ ſimile erat:
caſtrametari pœnus in tumulo ſuper fluminis ripam uellet: aduenit Liuius peditum omnibus copiis nõ
itineri modo: ſed ad conſerendum extemplo prælium inſtructis armatiſq;. Sed ubi omnes copias coniun
xerunt: directaq; acies eſt. Claudius dextero in cornu. Liuius ab ſiniſtro pugnam inſtruit: media acies ꝑto
ri tuenda datur. Aſdrubal omiſſa munitione caſtrorum: poſteaquã pugnandum uidit: in prima acie an/
te ſigna Elephantos collocat: circa eos leuo in cornu aduerſus Claudium gallos opponit: haud tantum
eis fidens: quantum ab hoſte timeri eos credebat. Ipſe dextrum cornu aduerſus. M. Liuiũ ſibi atq; Hiſpa/
nis: & ubi maxime in uetere milite ſpem habebat: ſumpſit. Ligures in medio poſt elephantos poſiti: ſed
lõgior quam latior acies erat. Gallos ꝓminens collis tegebat. Ea frons: quam hiſpani tenebant: cum ſini
ſtro romanoꝝ cornu cõcurrit: dextra omnis acies extra præliũ eminẽs ceſſabat: collis oppoſitus arcebat:
ne aut a fronte: aut a latere aggrederetur. Inter Liuium Aſdrubalẽq; ingens contractũ certamẽ erat: atrox

Claudii cõſilium in ſubmouenda hoſtiũ acie

cædes utriq; edebat: ibi duces ambo: ibi pars maior peditũ equitũq; romanoꝝ ibi hiſpani uetus miles
perituſq; romanæ pugnæ & ligures duꝝ in armis genus eodẽ uerſi elephanti: qui primo impetu turba/
uerant ante ſignanos: & ſigna mouerant loco. Deinde creſcẽte certamine & clamore impotentes iam regi
inter duas acies uerſari: uelut incerti quoꝝ eſſent: haud diſſimiliter nauibus ſine gubernaculo uagis. Clau
dius qd ergo ꝓcipiti curſu tã lõgum iter emenſi ſumus: clamitans militibus: cum in aduerſum collẽ fru/
ſtra ſigna erigere conatus eẽt: poſteaquã ea regiõe penetrari ad hoſtẽ non uidebat poſſe: cohortes aliquot

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſubductas e dextero cornu:ubi ſtationē magis ſegnē:quam pugnā futuram cernebat:poſt aciem circūdu-
cit:& nō hoſtibus modo:ſed etiam ſuis inopinantibus:in ſiniſtrum hoſtium latus incurrit:tātaq; celeri
tas fuit:ut cū oſtendiſſent ſe a latere:mox in terga iam pugnarēt. Ita ex omnibꝰ partibus ab fronte ab late
re:ab tergo trucidantur hiſpani ligureſq;:& ad gallos iam cædes ꝑuenerat. Ibi minimū certaminis fuit:
nam & pars magna ab ſignis aberant:nocte lapſi ſtratiq; ſomno paſſim ꝑ agros:& qui aderant itinere ac
uigiliis feſſi:intolerantiſſima laboris corpora uix arma humeris geſtab nt. Et iam diei medium erat:ſa-
tiſq; & calor hiantes cæd ndos capiendoſq; affatim præbebant. Elephāti plures ab ipſis rectoribus: q̄ ab
hoſte interfecti:fabrile ſcalprum cū malleo habebant. Id ubi ſæuire belluæ ac ruere in ſuos cœperāt ic u:
adigebat:ea celerrima uia mortis in tant molis bellua inuenta erat:ubi regēdi ſpem ui uiciſſet:primuſq;
id Aſdrubal inſtituerat. Dux cum ſæpe alias memorabilis tum illa præcipue pugna. Ille pugnantes hor-
tando pariterq; abeundo pericula ſuſtinuit. Ille feſſos abnuentiſq; tædio:& labore nunc precando: nūc
caſtigando accendit. Ille fugiētes reuocauit:omiſſamq; pugnam aliquot in locis reſtituit. Poſtremo cū
haud dubia fortuna hoſtium eſſet:nec ſupereſſet tanto exercitui ſuū nomē ſecuto:concitato equo ſe in co
hortem romanam immiſit. Ibi:ut patre Amilcare:& Annibalis fratre dignū erat pugnans cecidit. Nunq̄

Expedita elephātis cōficiēdi ratio

eo bello una acie tantum hoſtium interfectum eſt. Redditaq; æqua cannenſi clades uel ducis:uel exercitu
interitus uidebatur. Quinquaginta ſex millia hoſtium cæſa. Capta quinq; millia & quadringenti. Præda
magna alia tum oīs generi :tum auri argentiq;. Ciuium etiam romanoꝝ:qui capti apud hoſtes erāt:ſu-
pra quattuor millia capitum recepta. Id ſolatii fuit pro amiſſis eo prælio militibus. Nam haud quaquā
incruēta uictoria fuit octo ferme millia romanoꝝ:ſociorūq; occiſa. Adeoq; etiam uictores ſanguinis:cæ
diſq; cœperat ſatietas:ut poſtero die cum eēt nūciatum Liuio cōſuli gallos ciſalpinos ligureſq; q aut ꝓlio
nō affuiſſent:aut inter cædem effugiſſent:uno agmine abire ſine certo duce:ſine ſignis:ſine ordīe ullo: aut

Ingēs hoſtium cædes Aſdrubal dimicans occiditur

imperio:poſſe:ſi una equitum ala mittatᷣ:omnes deleri. Superſint:inquit:aliqui nuncii & hoſtiū cladis:
& noſtræ uirtutis. Nero ea nocte quæ ſecuta eſt:pugnā citatiore:q̄ inde uenerat:agmine die ſexto ad ſtati-
ua ſua:atq; ad hoſtem ꝑuenit. Iter eius frequentia minore:quia nemo præceſſerat nūcius:lætitia uero tan
ta uix:ut compotes mētium præ gaudio eſſent celebratū eſt. Nam Romæ neuter animi habitus ſatis dici
enarrariq; pōt:nec quo incerta expectatione euētus ciuitas fuerat:nec quo uictoriæ fama acceperit. Nunq̄
ꝑ omnes dies ex quo Claudium conſulem ꝓfectum fama attulit: aborto ſole ad occidentem aut ſenator
quiſquā a curia:atq; ab magiſtratibus abſceſſit:aut populus e foro. Matronæ:quia nihil ī ipſis opis erat:
in preces obteſtationeſq; uerſæ ꝑ omnia delubra uagæ ſuppliciis:uotiſq; fatigare deos. Tam ſollicitæ ac ſu
ſpenſæ ciuitati fama incerta primo accidit. Duos narnienſes equites in caſtra:quæ ī faucibus Vmbriæ op
poſita erant:ueniſſe ex prælio nunciantes cæſos hoſtes. Et primo magis auribus:quā aīs id acceptū erat:
ut maius lætiuſq; quam quod mente capere:aut ſatis credere poſſent:& ipſa celeritas fidē impediebat: qdꝰ
biduo ante pugnatum dicebatur. Litteræ deinde ab. L. Manlio Acidino miſſæ ex caſtris afferuntur de nar
nienſium equitum aduentū. Eæ litteræ ꝑ foꝝ ad tribunal. perlatæ ſenatum in curiam exciuerant:tantoq;
certamine ac tumultu populi ad fores curiæ concurſum eſt:ut adire nuncius nō poſſet: traheretūq; a per
cūctantibus:uociferantibuſq; ut in roſtris. priuſquā in ſenatu litteræ recitarentur. Tandē ſummoti & co-
erciti a magiſtratibus:diſpenſariq; lætitia inter impotentes eius animos potuit. In ſenatu primū deinde in
concione litteræ recitatæ ſunt:& pro cuiuſq; ingenio aliis iam certum gaudium:aliis nulla ante futura fi
des erat:quā legatos conſulū uel litteras audiſſent. Ipſos deinde appropinquare legatos allatum eſt. Tunc
enimuero oīs ætas currere obuii:primus quiſq; oculis auribuſq; haurire tantū gaudiū cupientes. Ad Mil
uium uſq; pontē continens agmen peruenit. Legati erant. L. Veturius Phlio. P. Vicinius Varus. Qu. Ce-
cilius Metellus:circūfuſi oīs generis frequentia in foꝝ ꝑuenerunt. Cum alii ipſos:alii comites eoꝝ: quæ
acta eſſent:percūctarentᷣ:& ut quiſq; audierat:exercitū hoſtium:imperatoreq; occiſū. legiones romanas ī-
columes:ſaluos conſules eſſe:extēplo aliis porro impartiebant gaudiū ſuum:cū ægre in curia ꝑuentū eēt

Attē. trepidationē ciuitatiſ ī ſumma lætitia

multo ægrius ſummota turba:ne patribus miſceretur:litteræ in ſenatu recitatæ ſunt. Inde in concionem
introducti legati. L. Veturius litteris recitatis:ipſe planius oīa:quæ acta erant expoſuit cum ingenti aſſen
ſu:poſtremo etiam clamore uniuerſæ concionis:cum uix gaudium animis caperent: diſcurſum inde ab
aliis circa templa deum:ut grates agerent:ab aliis domos:ut coniugibus liberiſq; tam lætum nuncium
impartirent. Senatus quod. M. Liuius:&. C. Claudius cōſules incolumi exercitu ducem hoſtium: legio-
neſq; occidiſſent:ſupplicationem in triduum decreuit. Eam ſupplicationem. A. Hoſtilius prætor pro con
cione edixit:celebrata a uiris:fœminiſq; eſt. Omnia templa per totum triduum æqualem turbam habue
re:cum matronæ ampliſſima ueſte:cum liberis perinde ac ſi debellatum foret:omni ſolute metu deis im-
mortalibus grates agerent. Statum quoq; ciuitatis ea uictoria mouit:ut iam inde haud ſecus:quā in pa-
ce res inter ſe contrahere uendendo emendo:mutuum dando:argentum creditum ſoluendo: auderent. C.
Claudius conſul cum in caſtra rediſſet:caput Aſdrubalis:quod ſeruatum cum cura attulerat: proiici ante
hoſtium ſtationes:captiuoſq; afros uictos:ut erant oſtendi:duos etiam ex iis ſolutos ire ad Annibalem
& expromere quæ acta eſſent:iuſſit Annibal tanto ſimul publico familiariq; ictus luctu agnoſcere ſe for
tunam Carthaginis fertur dixiſſe. Caſtris inde motis:omnia auxilia quæ diffuſa latius tueri non poterat
in extremum Italiæ angulum brutios contraxit: & metapontinos ciuitatem uniuerſam excitos ſedibus
ſuis & lucanos qui ſuæ ditionis erant in Brutium traduxit.

Annibal ſuoꝝ cladē in brutios abiit

# TITI LIVII PATAVINI HISTORICI DE SECVNDO BELLO PVNI. LIBER OCTAVVS.

CVM TRANSITV Aſdrubalis quantum in Italia declinauerat belli: tãtum leuatæ Hiſpaniæ uiderẽtur: renatum ibi ſubito par priori bellum eſt. Et Hiſpanias ea tempeſtate ſic habebant romani pœniq; Aſdrubal Giſgonis filius ad Oceanũ penitus: Gadeſq; conceſſerat. Noſtri maris ora omniſq; ferme Hiſpania qua in orientem uergit. Scipionis ac Romanæ ditionis erat: nouus imperator Hanno ĩ locum Barchini Aſdrubalis cum nouo exercitu ex Africa trãſgreſſus: Magoniq; iunctus. cum in Celtiberia: quæ media iter duo maria eſt: breui magnum hominum numeꝝ armaſſet. Scipio aduerſus eum. M. Syllanum cum decẽ millibus peditum: equitibus quingentis miſit. Syllanus quantis maximis potuit itineribus: impediebant aũt & aſperitates uiarum: & anguſtiæ ſaltibus crebris: ut plæraq; Hiſpaniæ ſunt: incluſæ tamẽ: non ſolum nuncios ſed etiam famã aduentus ſui ꝑgreſſus ducibus ibidem ex Celtiberia tranſfugis ad hoſtem peruenit. Eiſdem auctoribus compertum eſt: quod decem circiter millia ab hoſte abeſſent. Bina caſtra circa uiam qua irent: eſſe: leua celtiberos: nouum exercitum ſupra nouẽ millia hoĩum: dextera punica tenere caſtra. Ea ſtationibus uigiliis omni iuſta militari cuſtodia tuta & firma eſſe. Illa altera ſoluta neglectaq; ut barbaroꝝ & tyronum & minus timentium: quod in ſua terra eſſent: Ea prius aggrediẽda eſſe ratus Syllanus ſigna quã maxime ad leuam iubebat ferri: necunde ab ſtationibus punicis conſpiceretur. Ipſe: ꝓmiſſis ſpe cultoribus: citato agmine ad hoſtem pergit. Tria millia ferme aberãt: cum haud dum quiſquã hoſtium ſenſerat confragoſa loca & obſita uirgultis tenebant colles: ibi ĩ caua ualle atq; ob id occulta conſidere militem: & cibum capere iubet. Interim ſpeculatores tranſfugarum dicta affirmãtes uenerunt. Tunc Sarcinis in medium coniectis arma romani capiunt acieq; iuſta in pugnam uadũt. Mille paſſuum aberant: cum ab hoſte cõſpecti ſunt: repenteq; trepidari cœptum. Mago ex caſtris citato equo ad primũ clamorẽ: & tumultum aduehitur. Erant autem in celtibero exercitu. iiii. millia Scuta: &. cc. equites. Hanc iuſtam legionem: & id ferme: quod roboris erat: in prima acie locat: leuem armaturam in ſubſidiis poſuit: cum ita inſtructos educeret e caſtris: uix dum egreſſos uallo in eos romani pila cõiecerũt. Subſidunt hiſpani aduerſus emiſſa tela ab hoſte. Inde ad emittẽda ipſi conſurgũt. Quæ cum cõfertim romani ut ſolent: denſatis excepiſſent ſcutis: tum pes cum pede collatus: & gladiis res gerit cœpta eſt. Cæterũ aſperitas locoꝝ celtiberis: qbus in ꝓlio concurſare mos eſt: uelocitatem inutilem faciebat & haud iniqua eadẽ erat romanis ſtabili pugnæ aſſuetis: niſi qđ anguſtiæ & internata uirgulta ordines dirimebant. Et ſinguli biniq; uelut cũ paribus cõſerere pugnã cogebãtur: qđ ad fugam impedimẽto hoſtibus erat: id ad cædẽ eos: uelut uinctos ꝓbebat. Et iam ferme oĩbus ſcutatis celtiberoꝝ interfectis leuis armatura: & carthaginẽſes: qui ex alteris caſtris ſubſidio uenerãt pculſi cædebant. Duo haud amplius millia peditum: eqtatus oĩs uix initio ꝓlio cũ Magone effugerũt. Hãno alter imꝑator cũ eis: qui poſtremi iam ꝓfligato prælio aduenerãt: uiuus capit. Magonẽq; fugiẽtem eqtatus ferme oĩs: & quod ueteꝝ peditũ erat ſecuti: decimo die in Gaditanã prouinciã ad Aſdrubalẽ ꝑuenerunt. Celtiberi nouus miles in ꝓximas dilapſi ſiluas inde domos diffugerũt. Peropportuna uictoria: nequaquã tantũ tam conflatum bellũ: quanta futuri materia belli: ſi licuiſſet: iis celtiberoꝝ gẽte excita: & alios ad arma ſolicitare populos oppreſſum erat. Itaq; collaudato benigne Syllano. Scipio ſpẽ debellãdi: ſi nihil & ipſe cunctando moratus eſſet nactus ad id qđ reliquũ belli erat: in ultimã Hiſpaniã aduerſus Aſdrubalẽ pergit. Pœnus cũ caſtra ſua forte ad ſocioꝝ animos in Betica continendos in fide haberet: ſignis repẽte ſublatis fugæ magis: ꝗ itineris modo: penitus ad Oceanum & Gades ducit. Cæteꝝ quoad cõtinuiſſet exercitũ: ꝓpoſitũ bello ſe fore ratus anteꝗ freto Gades traiiceret: exercitum oẽm paſſim in ciuitates diuiſit: ut & muris ſe ipſi: & armis muros tutarẽtur. Scipio ubi aĩaduertit diſſipatum bellum & circũferre ad ſingulas urbes arma diutini magis: ꝗ magni eſſe operis retro uertit iter ne hoſtibus tamẽ eam relinqueret regionem. L. Scipionem fratrem cum decem millibus peditum: & mille equitum ad oppugnandũ opulentiſſimã in iis locis urbem: ꝗ Orongin barbari appellabant: mittit: in meſeſſum finibus eſt ſita: hiſpaniæ gentis ager frugifer: argentum etiam incolæ fodiunt. Ea arx fuerat Aſdrubali ad excurſiones circa mediterraneos populos faciendas. Scipio: caſtris prope urbem poſitis: priuſꝗ uallaret urbem: miſit ad portas qui ex propinquo colloquio animos tentarẽt: ſuaderentq; ut amicitiam potius: ꝗ uim experirent romanoꝝ: ubi nihil pacati reſpõdebat: foſſa dupliciq; uallo circundata urbe: in tres partes exercitũ diuiſit: ut una ſemper pars: quietus interim duabus oppugnaret: prima pars cum adorta oppugnari eſt: atrox: ſane: & anceps prælium fuit: non ſubire: non ſcalas ferre ad muros præ incidentibus tælis facile erat: & iam dui erexerant ad murum ſcalas: alii: furcis ad ipſum factis: detrudebantur: in alios lupi ſuperne ferrei iniecti: ut in periculo eſſent: ne ſuſpenſi in murum extraherentur. Quod ubi aĩaduertit Scipio nimia paucitate ſuoꝝ exæquatum certamen eſſe: & iam eo ſuperare hoſtem: qđ ex muro pugnaret: duabus ſimul partibus: prima recepta urbem eſt aggreſſus: quæ res tantum pauorem iniecit feſſis: iam cum primis pugnando: ut & oppidani mœnia repentina fuga dererẽt: & punicum præſidium metu ne ꝑdita urbs eſſet: relictis ſtationibus in unum ſe colligere. Timor inde oppidanos inceſſit: ne ſi urbẽ hoſtis intraſſet: ſine diſcrimine: pœnus an hiſpanus eſſet: obuii paſſim cæderentur.

Duo hoſtium exercitus ꝓfligantur a ſyllano

Hãno capitur

Aſdrubal Scipioni metu gadis tradita

Lupi ferrei

Itaq; patefacta repente porta frequentes ex oppido ſeſe eiecerunt: ſcuta præ ſe tenentes: ne tæla procul cõiicerentur: dextras nudas oſtendentes: ut gladios abieciſſe appareret. Id utrum parum ex interuallo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſit conſpectum:an dolus aliquis ſuſpectus fuerit:incompertum eſt impetus hoſtilis in tranſfugas factus:
nec ſecus quã aduerſa acies cæſa:eademq́ʒ porta ſigna infeſta urbi illata:& aliis partibus ſecuribus dola-
briſq́ʒ cædebant:& refringebantur portæ: & ut quiſq́ʒ intrauerat eques ad forum occupandum:ita enim
præceptũ erat:citato equo pergebat additũ erat & triariorum equiti præſidium. Legionarii cæteras partes
peruadunt:direptione & cæde obuiorum:niſi qui armis ſe tuebantur:abſtinuerunt. Carthaginenſes oẽs
in cuſtodia dati:ſunt oppidanorũ quoq́ʒ.ccc.ferme q clauſerant portas:cæteris traditũ oppidum:ſuæ red-
ditæ res. Cecidere in urbis eius oppugnatione hoſtium duo millia ferme Romanoꝝ haud ampli⁹.lxxx. Cædes
Læta & ipſis qui rem geſſere: urbis eius oppugnatio fuit & imperatori cæteroq́ʒ exercitui ſpecioſum ad- hoſtiũ ad
uentum ſuũ ingentem turbam captiuorũ præ ſe agentes fecerunt. Scipio collaudato fratre:cũ quanto po- orõgim
terat uerborũ honore. Carthagini a ſe captæ:captam ab eo Orõgin æquaſſet:qa & hyems inſtabat:ut nec
temptare Gades nec diſiectum paſſim per ꝓuinciã exercitum Aſdrubalis conſectari poſſet:in citeriorẽ Hiſ
paniam omnes ſuas copias reduxit:dimiſſis in hyberna legionibus. L. Scipione fratre Romam miſſo &
Hannone hoſtiũ imperatore:cæteriſq́ʒ nobilibus captiuis ipſe Tarraconem cõceſſit. Eodem anno claſſis
Romana cum. M. Valerio Leuino proconſule ex Sicilia in Africam tranſmiſſa in uticenſi Carthaginen-
ſiq́ʒ agro late populatione fecit extremis finibus Carthaginenſium: circa ipſa mœnia Vticæ prædæ actæ
ſunt repetentibus Siciliam:claſſis punica.lxx.erant longæ naues occurrit:decemq́ʒ & ſeptem naues ex iis
captæ ſunt:quattuor in alto merſæ:cætera fuſa ac fugata claſſis. Terra mariq́ʒ uictor roman⁹ cum magna
omnis generis præda Lilybæum repetit. Toto inde mari pulſis hoſtium nauibus magni cõmeatus fru-
menti Romam ſubiecti. Principio æſtatis eius qua hæc ſunt geſta. P. Sulpitius procõſul:& Attalus rex
cum Aeginæ ſicut ante dictum eſt:hybernaſſent. Lemnum inde claſſe iũcta:Romanæ.v.&.xx. quinque-
remes Regiæ.v.&.xxx.tranſmiſerunt. Et Philippus ut ſeu terra ſeu mari obuiam eũdum hoſti foret:pa-
ratus ad omnes conatus eſſet:ipſe Demetriadẽ ad mare deſcendit. Lariſſam diem ad conueniendum exer-
citui edixit. Vndiq́ʒ ab ſociis legationes Demetriadem ad famam regis conuenerunt. Suſtulerãt enim ani-
mos ætoli cum ob romanã ſocietatẽ tum poſt Attali aduẽtum finitimoſq́ʒ populabãtur. Nec acarnanes
ſolum boetiiq́ʒ:& qui Eubœã incolunt:in magno metu erant:ſed achæi quoq́ʒ:quos ſuper ætolicũ bel-
lum Machanidas et Lacedæmonius tyrannus haud procul argiuorum fine poſitis caſtris terrebat. Hi oẽs
ſuis quiſq́ʒ urbibus:quæ pericula terra mariq́ʒ portendebãtur:memorantes:auxilia regẽ orabant ne ex re
gno quidem ipſius trãquillæ nũciabantur res: Scerdiledũ Pleuratũq́ʒ motos eſſe:& Thracũ maxime me-
dos:ſi quod longinquũ bellum regem occupaſſet ꝓxima Macedoniæ incurſuros. Boetii qdem & ĩterio
res Grætiæ populi Thermopilarũ ſaltum:ubi anguſtæ fauces coartant iter:foſſa ualloq́ʒ ĩterdudi ab æto- Attur
lis nunciabant:ne tranſitũ ad urbes tuendas Philippo darent. Vel ſegnẽ ducem tot excitare tumultus circũ Quot
fuſi poterant:legationes dimittit:pollicitus ꝓut tẽpus:aut res ſe daret:oĩbus laturũ ſe auxilium:ĩ præſen- bellorum
tia quæ maxime urgebãt res:pararent. Tum præſidiũ urbi mittit:unde allatũ erat. Attalum a Lemno claſ motus
ſe tranſmiſſa oẽm circa urbem agrũ depopulatum. Polyphantem cũ modica manu in Boetiam in Enip- ſollicitũ
pum item quendam ex regiis ducibus cum mille peltatis:pelta cetræ haud diſſimilis eſt. Chalcidem mit- haberent
tit:additi quingenti anianum:ut omnes inſulæ partes tueri poſſent:ipſe Scotuſam eſt profectus. Eodem- Philippũ
q́ʒ ab Lariſſa macedonum copias traduci iuſſit. Eo nunciatum eſt concilium ætolis Heracleam indictum P. lta
regemq́ʒ Attalum ad conſultandum de ſumma belli uenturum. Hunc conuentum ut turbaret ſubito ad Cetra
uentu:magnis itineribus Heracleam duxit:& concilio quidem dimiſſo iam uenit:ſegetibus tamen : quæ
iã prope maturitatẽ erant:maxime in ſinu æniano euaſtatis:in Scotuſam copias reduxit. Ibi exercitu om
ni relicto cum cohorte regia Demetriadem ſeſe recepit. Inde ut ad omnes hoſtiũ motus poſſet occurrere:
etiã in Phocidem:atq́ʒ Eubœã:& Peparetũ mittit:qui loca alta eligerẽt:unde æditi ignes apparerent. Ipſe
in Ciſſeo:mons eſt:in altitudinẽ ingentẽ cacuminis æditi ſpeculã poſuit:ut ignibus ꝓcul ſublatis ſignũ:
ubi quid molirent̃ hoſtes:momẽto tpis acciperet. Romanus ĩperator & Attalus rex a Peparetho Niceã tra-
iecerũt. Inde claſſem ĩ Eubœã ad urbẽ Oreũ trãſmittũt:q ab demetriaco ſinu Chalcidẽ & Euripũ petentis
ad leuã pria urbiũ Eubœæ poſita ẽ. Ita ĩter Attalũ & Sulpiciũ cõuenit:ut romani a mari:regii a terra op- Oreum
pugnarẽt. Quatriduo poſteaq̃ appulſa claſſis ẽ:urbẽ aggreſſi ſunt. Id tẽpus occultis cũ Platore:q a Philip Ro. ꝓdic̃
po ꝑpoſitus urbi erat:colloqis abſumptũ ẽ. Duas arces urbs hẽt:unã ĩminẽtẽ mari:altera urbis medio ẽ
cuniculo inde uia ad mare ducit:quã a mari turris qnq́ʒ tabulatorũ egregiũ propugnaculũ claudebat. Ibi
pmo atrociſſimũ cõtractũ ẽ certamẽ:& turre ĩſtructa oĩ genere tælorũ:& tormentis machiniſq́ʒ ad oppu-
gnãdã eã ex nauib⁹ expoſitis. Cũ oĩuʒ aĩos oculoſq́ʒ id certamẽ auertiſſet:porta maritimæ arcis Plator ro
manos accepit momẽtoq́ʒ arx occupata ẽ. Oppidani pulſi ĩde ĩ mediã urbẽ ad alterã tẽdere arcẽ. Et ibi po
ſiti erãt: q fores portæ obiiceret. Ita excluſi ĩ medio cædunt̃ capiũturq́ʒ. Macedonũ ꝑſidiũ cõglobatũ ſub
arcis muro ſtetit:nec fuga effuſe petita:nec ptinaciter ꝑlio iterato. Eos Plator uenia a Sulpicio ĩpetrata in Vide ne
naues ĩpoſitos ad demetriacũ Theotidis expoſuit:ipſe ad Attalũ ſeſe recepit. Sulpici⁹ tã facili ad Oreum pheioti
ſucceſſu elatus Chalcidẽ inde ꝓtinus uictrici claſſe petit. Vbi haud quaq̃ ad ſpem euẽtus reſpõdit. Ex pa dis ſit le-
tenti utrinq́ʒ coactũ in anguſtias mare:ſpẽm intuẽti primo gemini portus in ora duo uerſi præbuere:ſed gendum
haud facile alia infeſtior ſtatio claſſi eſt. Nam & uenti ab utriuſq́ʒ terræ præaltis montibus ſubiti ac ꝓcel
loſi deiiciunt:& fretũ ipſum Euripi nõ ſepties die:ſicut fama fert tẽporibus ſtatutis reciprocat: ſed teme- Euripus
re in modũ uenti nũc huc:nunc illuc uerſo mari uelut monte præcipiti deuolutus torrens rapitur: Ita nec calcidic⁹
nocte; nec die quies nauibus datur : cum claſſem tam infeſta ſtatio accepit:tum & oppidum alia parte:

clauſum mari:alia a terra egregie munitum:præſidioq; ualido firmatum:& præcipue fide præfectorum
principumq;: quæ fluxa & uana apud Oreum fuerant: ſtabile atq; inexpugnabile fuit: id prudenter ut
temere ſuſcepta re romanus fecit:quod circúſpectis difficultatibus:ne fruſtra tempus tereret:cele. iter abſti
tit incœpto claſſemq; inde ad Cynum Locridis emporium:inde urbis opontiorum mille paſſuum a ma
ri ſitæ traiecit. Philippum & ignes ab Oreo æditi monuerant:ſed ſerius Platoris fraude e ſpecula elati &
impari tum maritimis uiribus:haud facilis erat in inſulam claſſi acceſſus. Ita res per cunctationem omiſ
ſa ad Chalcidis auxilium ubi ſignum accepit:impigere eſt motus:nam & ipſa Chalcis quanquam eiuſ
dem inſulæ urbs eſt:tamen adeo arcto interſcinditur freto:ut ponte continẽti iungatur:terraq; aditum fa
ciliorem:quam mari habeat. Igitur Philippus deiecto præſidio:fuſiſq; ætolis:qui ſaltum Thermophy
larum inſidebant:cum ab Demetriade Scotuſam:inde tertia uigilia profectus trepidos hoſtes Heracleam
compuliſſet:ipſe uno die Phocidis Elatiam millia amplius. lx. contendit. Eodem ferme die ab Attalo re
ge opontiorum urbs capta diripiebatur. Conceſſerat eam prædam regi Sulpicius:quia Oreum paucos
ante dies ab Romano milite expertibus regiis direptum fuerat. Romana claſſis Oreum ſeſe receperat:&
Attalus ignarus aduentus Philippi pecuniis a principibus exigendis terebat tempus. Adeoq; improuiſa
res fuit:ut niſi cretenſium forte quidam pabulatum ab urbe longius progreſſi agmen hoſtium procul cõ
ſpexiſſent:opprimi potuerit Attalus. Inermis autem:Atq; compoſitus curſu effuſus mare ac naues petit:
& molientibus ab terra naues Philippus ſuperuenit tumultumq; ẽt ex terra nauticis præbuit. Inde Opõ
tem rediit deos homineſq; accuſans:quod tantæ rei fortunam ex oculis prope raptam amiſiſſet. Opontii
quoq; ab eadem ira increpiti:quod cum trahere obſidionem in aduentum ſuum potuiſſent: uiſo ſtatim
hoſte:prope in uoluntariam deditionem conceſſiſſent. Compoſitus circa Opontem rebus. Toronem eſt
profectus. Et Attalus primo Oreum ſe recepit. Inde cum fama accidiſſet Pruſiam Bithiniæ regem in fi
nes regni ſui tranſgreſſum:omiſſis romanis:atq; ætolico bello:in aſiam traiecit. Et Sulpicius Aeginam
claſſem recepit:unde initio ueris profectus erat. Haud maiore certamine:quam Oponté Attalus ceperat:
Philippus Toronem cepit. Incolebant eam urbem profugi ab Thebis phthioci urbe ſua capta Philippo
cum in fidem ætolorum perfugiſſent:ſedem eis ætoli eam dederát urbis uaſtatæ ac deſertæ priore eiuſdẽ
Philippi bello. Tum ab Torone:ſicut pauloante dictum ẽ:recepta profectus Tritonõ: & Dirimas Do
ridis parua atq; ignobilia oppida cepit. Inde Elatiam iuſſis ibi ſe operiri Ptolemæi rhodiorumq; legatis
uenit:ubi cum de finiendo ætolico bello ageretur:affuerant enim legati nuper Heracleæ concilio romano
rum ætolorumq; nunciis affertur Machanidam olympiorum ſolemne ludicrum parentes Eleos aggredi
ſtatuiſſe. Præuertendú id ratus legatis cú benigno reſponſo dimiſſis:ſe neq; cám huius fuiſſe:nec moram:
ſi modo æqua & honeſta conditiõe liceat:pacem facturum:cum expedito agmine profectus per Boetiã
Megará:atq; inde Corinthum deſcẽdit. Vnde cõmeatibus ſumptis Pyleum: Taphencúq; petit:& iam cú
Oreum ueniſſet:audit Machanidam fama aduentus ſui territú refugiſſe Lacedæmonẽ Aegiumq;:ſe ad cõ
cilium ætolorum recepit:ſimul claſſem punicam ut mari quoq; aliquid poſſe:accitam ibi ratus ſe inuen
Quid Rhiú ſit turum. Paucis ante dieb⁹ inde Phoceas traiecerant pœni. Inde portus acarnanú petierant cum ab Oreo profe
ctum Attalú Romanoſq; audiſſet:ueriti ne in ſe iretur & intra Rhium:fauces eæ ſunt corinthi ſinus op
primerentur. Philippus quidẽ mœrebat & angebatur:cú ad oía ipſe raptim iſſet:nulli tamen ſe rei in tpe
occurriſſe:& rapientem omnia ex oculis eluſiſſe celeritatẽ ſuam fortunã. In concilio aút diſſimulans ægri
tudinem elato aío diſſeruit:teſtatus deos homineſq; nulli loco:nec tẽpori defuiſſe:quin ubi oſtium arma
concrepuiſſent:eo quanta maxima poſſet celeritate:tenderet:ſed uix rationẽ inire poſſe:utrú a ſe audacius
an fugatius ab hoſtibus geratur bellum. Sic ab Oponte Attalum:ſic Sulpitiú a Chalcide:ſic his ipſis die
bus Machanidá e manibus ſuis elapſum. Sed non ſemper felicem eſſe fugam:nec pro difficili id bellum
habendum:in quo:ſi modo congreſſus cum hoſtibus ſis:uiceris:quod primum eſſet:confeſſionem ſe ho
ſtium habere:nequaquá pars eſſe eos ſibi breui & uictoriam haud dubiam habiturum:nec meliore euẽ
tu eos ſecum:quam ſpe pugnaturos. Læti regem ſocii audierunt. Reddit inde achæis Oreum:& Triphy
lam:quod Alipheram aút megalopolitis:quod ſuorum fuiſſe finium ſatis probabant:reſtituit. Inde na
uibus acceptis ab achæis:erant autẽ tres quadriremes:& biremes totidemq; Anticyram traiecit. Inde qn
queremibus ſeptem:& lembis uiginti amplius quos:ut adiungeret Carthaginenſium claſſi:miſerat in co
rinthium ſinum:profectus ad Erythras ætolorum:quæ prope Euphalium ſunt deſcẽſionem fecit. Haud
fefellit ætolos:nam hominum:quod aut in agris:aut in propinquis caſtellis Potidaniæ atq; Apolloniæ
fuit:in ſiluas monteſq; refugit. Pecora:quæ inter feſtinationem abigi nequiuerant:ſunt direpta:& in na
ues compulſa. Cum his: cæteraq; præda Nicea prætore achæorum Egium miſſo: cum Corinthum pe
tiſſet:pedeſtres inde copias per Boetiam terra duci iuſſit. Ipſe a Boenotris:præter terram Atticam ſuper
ſinum nauigans inter medias prope hoſtium claſſes Chalcidem peruenit. Inde collaudata fide:ac uirtute:
quod neque timor:neq; ſpes flexiſſet eorum animos hortatuſq; in poſterum: ut eadem conſtantia per
manerent in ſocitate:ſi ſuam quam oreanorum atque opontiorum fortuna malent:a Chalcide Ore
um nauigat. Principumque iis:quis fugere capta urbe quam ſe romanis tradere maluerant: ſumma re
rum & cuſtodia urbis permiſſa ipſe Demetriadem ab Euboea unde primum ad opem ferendam ſociis
profectus erat:traiecit. Caſſandreæ deinde centum nauiú lõgarum carinis poſitis:cõtractaq; ad effectum
eius operis multitudine fabrorum naualium:quia res in Græcia tranquillas: & profectio Attali fecerat:
& in tempore laborantibus ſociis latum a ſe auxiliú retro ĩ regnú conceſſit: ut dardanis bellum inferret:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Extremo æſtatis eius: qua in Græcia hæc geſta ſunt: cum. Qu. Fabius Maximus ꝑtor legatus ab. M. Liuio cõſule Romã ad ſenatum miſſus nũciaſſet cõſulem ſatis præſidii Galliæ prouinciæ credere. L. Portium cũ ſuis legionibus eſſe diſcedere ſe inde: ac deduci exercitũ conſularẽ poſſe: patres non. M. Liuium tãtum redire ad urbem: ſed collegam quoqꝫ eius. C. Claudiũ iuſſerunt. Id modo in decreto interfuit: quod. M. Liuii exercitum reduci. Neronis legiones Annibali oppoſitas manere in prouincia iuſſerunt. Inter conſules ita per litteras conuenit: ut quemadmodũ uno animo rẽpublicam geſſiſſent: ita quãquam ex diuerſis regionibus conuenirent: uno quoqꝫ tempore ad urbem accederent. Præneſte qui prior ueniſſet: collegã ibi operiri iuſſus. Forte ita euenit: ut eodem die ambo Præneſte uenirẽt. Inde præmiſſo edicto: ut triduo poſt frequens ſenatus ad ædem Bellonæ adeſſet: omni multitudine obuiã effuſa ad urbem acceſſere. Non ſalutabant mõ uniuerſi circũfuſi: ſed contingere pro ſe quiſqꝫ uictrices dextras conſulũ cupientes: alii gratulabant alii grãs agebãt: qđ eorꝫ opera incolumis reſpubli. eſſet: in ſenatu cũ more oĩum imperatorũ expoſitis rebus ab ſe geſtis: poſtulaſſent ut pro repub. fortiter fœliciterqꝫ adminiſtrata: & diis immortalibꝰ haberetur honos: & ipſis triumphantibus urbem inire liceret: ſe uero ea quæ poſtularent: decernere patres merito deorum primum: deinde ſecundum deos conſulum reſponderunt: & ſupplicatione amborũ nomine: & triumpho utriqꝫ decreto. Inter ipſos ne cum bellum communi animo geſſiſſent: triumphum ſepararent: ita conuenit: ut quoniam & in prouincia. M. Liuii res geſta eſſet: & eo die quo pugnatum foret: eius forte auſpicium fuiſſet: & exercitus Liuianus traductus Romam ueniſſet. Neronis deduci nõ potuiſſet de prouincia: ut. M. Liuium quadrigis urbem ineuntem milites ſequerent. Conſul Claudius equo ſine militibus inueheretur. Ita conſociatus triumphus cum utriqꝫ: tum magis ei qui quantũ merito anteibat: tantum honore collegæ ceſſerat: gloriam auxit: Illum equitem aiebant ſex dierum ſpatio tranſcurriſſe longitudinem Italiæ & eo die cum Aſdrubalem in Gallia ſignis collatis pugnaſſe: quo eum caſtra aduerſus ſeſe in Appulia poſita habere. Annibal crediſſet. Ita unum conſulem pro utraqꝫ parte Italiæ aduerſus duos duces: duos imperatores: hinc conſilium ſuum: hinc corpus oppoſuiſſe: nomen Neronis ſatis fuiſſe ad continendum caſtris Annibalem: Aſdrubalem uero qua alia re: quam aduentu eius obrutum: atque extinctum eſſe. Itaque iret alter conſul ſublimis curru multi iugis ſi uellet equis: unius equo ꝑ urbem uerum triumphum uehi. Neronique etiam ſi pedes incedat: uel parto eo bello: uel ſpreto triumpho: gloriam memorabilem fore. Hi ſermones ſpectantium Neronem uſque in capitoliũ proſecuti ſunt. Pecuniam in ærarium tulerunt ſeſtertium tricies octoginta millia æris: militibus. M. Liuius quinquagenos ſenos aſſes diuiſit. Tantundem. C. Claudius militibus abſentibus ſuis eſt pollicitus: cum ad exercitum rediſſet. Notatum eſt ea die plura carmina militaribus iocis in conſulem Claudium: quam in conſulem ſuum iactata. Equites. L. Veturium: &. Qu. Cecilium legatos magnis tuliſſe laudibus: hortatoſqꝫ eſſe plebem: ut eos conſules in proximum annum crearent. Adiecisse equitum prærogatiuæ auctoritatem conſules: poſtero die in concione: quam forti fidelique duorum præcipue legatorum opera uſi eſſent: commemorantes. Cum comitiorum tempus appeteret: & per dictatorem comitia haberi placuiſſet. C. Claudius conſul. M. Liuium collegam dictatorem dixit. Liuius. Qu. Cecilium Magiſtrũ equitum. A. N. Liuio Dictatore creati Conſules. L. Veturius. Qu. Cecilius. is ipſe qui tum erat Magiſter equitum. Inde prætorem comitia habita. Creati. C. Seruilius. M. Cecilius Metellus. T. Claudius Aſellus. Qu. Manlius Turinus: qui tum ædilis plebis erat. Comitii perfectis: dictator magiſtratu abdicato: dimiſſoque exercitu in Ethruriam prouinciam ex. S. C. eſt profectus ad quæſtiones habendas: qui Ethruſcorum: umbrorumue populi defectionis ab romanis ad Aſdrubalem ſub aduentu eius concilia agitaſſent: quiqꝫ eum auxiliis: aut commeatu: aut ope aliqua iuuiſſent: Hæc eo anno domi militiæque geſta Et ludi Romani ter toti inſtaurati ab ædilibus curulibus. Gn. Seruilio Cepione. Ser. Cornelio Lentulo. item ludi plebii ſemel toti inſtaurati ab ædilibus plebis. M. Pomponio Mathone: &. Q. Manlio Turino. Tertio decimo anno punici belli. L. Veturio Philone: &. Qu. Cecilio Metello conſulibus: ambobus ut cum Annibale bellum gererent prouincia decreta. Præturas exinde ſortiti ſunt. M. Cecilius Metellus urbanam. Qu. Manlius peregrinam. C. Seruilius Siciliam. T. Claudius Sardiniam. Exercitus ita diuiſi conſulum alteri. quem. C. Claudius prioris anni conſul: alteri quẽ. Qu. Claudius ꝓprætor: eæ binæ legiones erant: habuiſſet exercitum. In Ethruria duas uolonum legiones. C. Terentio proconſule Liuius proconſul: cui prorogatum in annum imperium fuit: acciperet. Et. Qu. Manlio ut collegæ iuriſdictione tradita: eum exercitum: cui. L. Portius proprætor præfuerat: obtineret: decretum eſt. Iuſſuſqꝫ populati agros gallorum: qui ad pœnos ſub aduentu Aſdrubalis defeciſſent. C. Seruilius cum catinenſibus duabus legionibus: ſicut. P. Manlius tenuerat. Sicilia tuenda data. Ex Sardinia uetus exercitus cui A. Hoſtilius præfuerat: deportatus. Nouam legionem quam. C. Claudius traiceret: ſecum conſules conſcripſerunt. Qu. Claudio ut Tarentum. C. Hoſtilio Tubulo uti capuam prouinciam haberet: prorogatum in annum eſt imperium. M. Valerius proconſul qui tuendæ circa Siciliam maritimæ oræ præfuerat. xxx. nauibus. C. Seruilio traditis: cum cætera omni claſſe redire ad urbem iuſſus. In ciuitate tanto diſcrimine belli ſollicita cũ oĩum ſecundorꝫ aduerſorũqꝫ cauſas in deos uerterent: multa ꝓdigia nũciabant: Terracinæ Iouis ædẽ: Satrici Matris Matuthæ de cælo tactam: ſatricanos haud minus terrebant ĩ ædẽ Iouis foribus ipſis duo prælapſi angues. Ab Antio nũciatũ eſt cruentas ſpicas metentibus uiſas eẽ. Cære porcus biceps: & agnus maſculus: idẽqꝫ fœmina natus erat. Albe duos ſoles uiſos ferebãt. Et nocte fregellis lucẽ obortã. Et bos in agro romão locutus. Et ara Neptũni multo manaſſe ſudore ĩ circo flaminio di-

Acceſſus cõſulũ ad urbem

Liuio Triumphus claudio cuatio de creta

L. Veturius. Q. Cecilius conſ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Prodigia cebatur: Et ædes Cereris Salutis Quirini de cælo tactæ. Prodigia conſules hoſtiis maioribus procurare
iuſſi: & ſupplicationē unā diem habere. Ea ex ſenatuſconſulto facta plus oībus aut nunciatis peregere aut
uiſis domi ꝓdigiis: terruit animos hominū: ignis in æde Veſte extinctus. Ob quā cauſam cæſa flagro eſt
ueſtalis uirgo: cuius cuſtodia eius noctis fuerat iuſſu pontificis. P. Licinii. Id quamquam nihil portēdē-
tibus deis: cæterum negligentia humana acciderat: tamen & hoſtiis maioribus ꝓcurari: & ſupplicationē
haberi ad Veſtæ aram placuit. Priuſquā proficiſcerentur conſoles ad bellum: moniti ab ſenatu ſunt: ut in
agros reducendæ plebis curam haberent deum benignitate ſubmotū bellum ab urbe Roma: & Latio eſſe
poſſe ſine metu ī agris habitari. Minime cōuenire Siciliæ quā Italiæ colendæ: maiorem curam eē: ſed res
haud quaquā erat populo facilis: & liberis cultoribus bello abſumptis: & inopia ſeruitiorū: & pecore di
repto: uilliſq; dirutis aut incenſis. Magna tamē pars auctoritate cōſulum compulſa in agros remigrauit.
Mouerant autem huiuſce rei mentionē placentinorū: & cremonenſium legati querētes agrum ſuū ab ac-
colis gallis incurſari ac uaſtari: magnāq; partem colonorū ſuorū dilapſam eſſe: & frequētes ſe urbes: agrū
uaſtatum ac deſertū habere. Manlio prætori mandatū: ut colonias ab hoſte tueretur: cōſules ex. S. C. edi-
xerunt: ut qui ciues Cremonēſes aut placentini eēnt: ante certū diem in colonias reuerterent: principio de-
inde ueris: & ipſi ad bellū ꝓfecti ſunt. Q. Cecilius cōſul exercitū ab. C. Nerone. L. Veturius ab. Q. Clau
dio ꝓprætore accepit: nouiſq; militibus: quos ipſe cōſcripſerat suppleuit. Et in conſentinū agrū conſules
exercitū duxerunt: paſſimq; depopulati: cū agmen iam graue præda eēt: in ſaltu anguſto a brutiis iacula-
toribuſq; numidis turbati ſunt: ita ut non præda tantum: ſed armati: quoque in periculo fuerint: maior
tamē tumultus: quam pugna fuit. Et præmiſſa præda incolumes legiones in loca occulta euaſere. Inde
Lucani in in lucanos profecti. Ea ſine certamine tota gens in ditionē Popu. Roma. rediit. Cum Annibale nihil eo an
fide Po. no rei geſtum eſt. Nam neq; ipſe ſe obtulit in tam recenti uulnere publico priuatoq;: nec laceſſierūt quie-
roma. re- tum romani: tantā ineſſe uim: & ſi oīa alia circa eū ruerent: in uno illo duce cenſebant. Ac neſcio an mira
deunt. bilior in aduerſis: quā ſecūdis rebus fuerit. Quippe cū & in hoſtiū terra per annos tredecim iā ꝓcul ab do
mo: uaria fortuna bellū gereret: exercitū nō ſuo ciuili: ſed mixto ex colluuione oīum gentiū: qbus nō lex:
non mos: nō lingua cōis: alius habitus: alia ueſtis: alia arma: alii ritus: alia ſacra: alii prope dii eſſent: ita
quodā uno uinculo copulauerit eos: ut nulla nec inter ipſos: nec aduerſus ducem ſeditio extiterit: cū & pe
cunia ſæpe in ſtipendiū: & cōmeatus in agro deeſſet: quoꝝ inopia priore punico bello multa infanda īter
duces militeſq; cōmiſſa fuerant. Poſt Aſdrubalis uero exercitū cum duce: in qbus ſpes oīs uictoriæ repo-
ſita fuerat: deletum: cedendoq; in angulū brutiū: cætera Italia cōceſſum cui nō uideatur mirabile: nullū
motū in caſtris factum: Nam ad cætera id quoq; acceſſerat: ne alēdi qdē exercitus: ni ex brutio agro ſpes
eſſet: q ut omnis coleret: exiguus tamē tanto alendo exercitui erat: cū magnā partem iuuentutis abſtractā
a cultu agrorū bellū occupauerat: & mos uitio ēt inſitus genti ꝑ latrucinia miliciā exercēdi: nec ab domo
quicquā mittebatur: de Hiſpania retinēda ſollicitis tāquā oīa proſpera in Italia eēnt. In Hiſpania res qua-
Hiſpano- dam ex parte eandē fortunā: quadā longe diſparē habebant. Eandē quod prælio uicti carthaginenſes du-
rum inge ce amiſſo in ultimā. Hiſpaniæ oram uſq; ad Oceanum compulū erant. Diſparem aūt quod Hiſpania nō
nia quā Italia modo ſed quā ulla pars terrarū bello reparando aptior erat locoꝝ hominumq; ingeniis. Itaq;
ergo romanis prima inita ꝓuinciarū: quæ quidē continētis ſint: poſtremo oīum noſtra demū ætate du-
ctu aſpicioq; Augusti Cæſaris ꝑdomita eſt. Ibi tum Aſdrubal Giſgonis filius maximus clariſſimuſq; eo
bello ſecūdū Barchinos dux regreſſus a Gadibus: rebellandi ſpem adiuuante. Magone Amilcatis filio de
lectibus per ultiorē Hiſpaniam habitis: ad quinquaginta millia peditū: quattuor milliū & qngentos eq-
tes armauit. De eqſtrib' copiis ferme inter auctores cōuenit peditū. lxx. millia qdā adducta ad Silpiā ur-
bem ſcribunt. Ibi ſuper cāpos patētes duo duces pœni ea mēte: ne detractarent certamē cōſenderūt. Scipio
cū ad eū fama tāti cōparati exercitus perlata eēt: neq; Romanis legionibus tantæ ſe fore parē multitudini
ratus: ut in ſpeciem ſaltem opponerentur barbarorū auxilia: neq; in iis tamen tantum uirium ponēdum:
ut mutando fidem: quæ cladis cauſa fuiſſet patri patruoq;: magnū momētum facerēt: præmiſſo Syllano
ad Colcam duo de. xxx. oppidis regnantē: ut equites peditesq; ab eo quos ſe per hyemem conſcripturum
pollicitus erat: acciperet: ipſe a Tarracone profectus: protinus a ſociis qui accolūt uiam: modica contra-
hendo auxilia Caſtulonem peruenit. Eo adducta a Syllano auxilia: triamilia peditum: & equites quingē
ti. Inde ad Betulam urbem ꝓgreſſus cū omni exercitu ciuiū: ſociorumq; peditū equitumq;. v. &. xl. mil-
libus. Caſtra ponentes eos Mago: & Maſiniſſa cū omni equitatu aggreſſi ſunt: turbaſſentq; muniētes: ni
abditi poſt tumulū opportune ad id poſiti a Scipione equites īprouiſo in effuſos curriſſent: & promptiſ
ſimum quēq;: & proxime uallum: atq; in ipſos munitores primum inuectū: uixdum prælio inito: fude-
runt: cum cæteris: qui ſub ſignis: atq; ordine agminis inceſſerant: longio & diu ambigua pugna fuit. Sed
cum ab ſtatiōibus primum expeditæ cohortes: deinde ex opere deducti milites: atq; armam capere iuſſi
plures & integri feſſis ſubirent: magnumq; iam agmen armatorū a caſtris in prælium rueret: terga haud
dubie uertunt pœni. Numidæq; primo turmatim abibant: nihil propter pauorē feſtinationēue confuſis
ordinibus: deinde poſteaquā acrius ultimis incidebat romanus: neq; ſuſtineri impetus poterat: nihil iam
ordinū memores: paſſim qua cuiq; proximū fuit: in fugā effundūtur. Et quāquā eo prælio aliquantū &
romanis aucti: & diminuti hoſtibus anni erant: tamē nūquā aliquot inſequētes dies ab excurſiōibus eq-
Hoſtium tum: leuiſq; armaturæ ceſſatū ē. Vbi ſatis tēptatæ ꝑ hæc leuia certamina uires ſunt: prior Aſdrubal in aciē
fuga copias eduxit: deinde & romani ꝓceſſere: ſed utraq; acies pro uallo ſtetit inſtructa. Et cum a neutris pu-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

gna cœpta eſſet: iam die ad occaſum inclinante a pœno prius deinde a romano in caſtra copiæ reductæ.
Hoc idem per dies aliquot factum. Prior ſemper pœnus copias caſtris educebat: prior feſſis ſtando ſignũ
receptui dabat. A neutra parte procurſum telũue miſſum: aut uox ulla orta. Mediam aciẽ hinc romani:
illinc carthaginenſes mixti afris: cornua ſocii tenebant. Erant autẽ utrinq; hiſpani pro cornibus. Ante pu
nicam aciem elephanti caſtellorum ꝓcul ſpeciem uiſu præbebant. Iam hoc in utriſq; caſtris ſermõis erat:
ita ut inſtructi ſteriſſent: pugnaturos: medias acies Romanum pœnumq;: quos ĩter belli cauſa eſſet: pari
robore animorum armorũq; concurſuras. Scipio: ubi hoc obſtinate credi animaduertit: oĩa de induſtria
in eum diem: quo pugnaturus erat: mutauit: teſſeram ueſperi ꝑ caſtra dedit: ut ante lucẽ uiri equiq; cum
pranſi eſſent: armatus eques frænatos ſtratoſq; teneret equos. Vix dum ſatis certa luce eqtatum oẽm cũ le
ui armatura in ſtationes punicas ĩmiſit: ipſe confeſtim cũ graui agmine legionũ ꝓcedit: præter opinionẽ
deſtinatam ſuorum: hoſtiumq; Romano milite cornibus fimatis ſociis in mediá aciem acceptis. Sed Aſ
drubal clamore equitum exercitatus: ut ex tabernaculo ꝓſiluit tumultũq; ante uallum: & trepidationem
ſuorum: & procul ſigna legionum fulgentia plenoſq; hoſtium cãpos uidit: equitatum omnem extemplo
in equites emiſit. Ipſe cum peditum agmine caſtris egreditur: nec ex ordine ſolito quicquá acie inſtruẽda
mutat. Equitum iádiu anceps pugna erat: nec ipſa per ſe decerni poterat: quia pulſis: quod prope inuicẽ
fiebat: in aciem peditum tutus receptus erat. ſed ubi iam haud plus quingentos paſſus acies inter ſeſe diui
ſæ aderant: ſigno receptui dato Scipio patefactiſq; ordinibus equitatũ omnem: leuẽq; armaturam in me-
dium acceptam: diuiſamq; in partes duas in ſubſidiis poſt cornua locat. Inde ubi incipiendæ iam pugnæ
tempus erat: hiſpanos ea media acies fuit: præſſo gradu incedere iubet: ipſe e dextero cornu ibi namq; præ
erat: nuncium ad Syllanũ & Martium mittit: ut cornu extenderent in ſiniſtra parte quemadmodum ſe tẽ-
dentem ad dexteram uidiſſent: & cum expeditis peditum equitumq; prius pugná cõſererent cum hoſte:
quá coire inter ſe mediæ acies poſſent. Ita deductis cornibus cũ ternis peditum cohortibus: terniſq; equi-
tum turmis: ad hoc uelitibus citato gradu in hoſtem ducebant ſequentibus aliis in obliquum. Sinus ĩ me-
dio erat: quia ſegnius hiſpanorum ſigna incedebát: & iá cõflixerát cornua: cum quod roboris in acie hoſtiũ
erat: pœni ueterani afriq;: nondũ ad teli coniectum ueniſſent: neq; in cornua: ut adiuuarent pugnátes: di-
ſcurrere: auderent: ne aperirent mediá aciem uenienti ex aduerſo hoſti. Cornua ancipiti prælio urgebant
eques leuiſq; armatura & uelites: circũductis alis in latera incurrebant. Cohortes a fronte urgebant: ut ab
rũperent cornua a cætera acie: & tum ab omni parte: haud quaquam par pugna erat: tum quod turba ba
leariũ: tyronũq; hiſpanorũ Romano latinoq; militi obiecta erat: ꝓcedente iam die uires etiam deficere
Aſdrubalis exercitum cœperát: oppreſſos matutino tumultu coactoſq; priuſquá cybo corpora firmarẽt:
raptim in aciẽ exire. Ad id ſedulo diem extraxerat Scipio: ut ſera pugna eſſet. Nam a ſeptima demum ho
ra peditum ſigna cornibus incurrerunt. Ad medias acies aliquáto ſeuerius ꝑuenit pugna: ut prius æſtus
a meridiano ſole: laborq; ſtandi ſub armis: & ſimul fames: ſitiſq; corpora afficerent: quam manus cũ ho-
ſte cõſererent. Itaq; ſteterunt ſcutis innixi. Nam ſuper cætera elephanti ẽt tumultuoſo genere pugnæ equi-
tum uelitumq;: & leuis armaturæ conſternati e cornibus in mediam aciẽ ſeſe intulerant. Feſſi igitur cor-
poribus animiſq; rettulere pedem: ordines tamen ſeruantes haud ſecus: quá ſi ĩperio ducis cederet integra
acies. Sed cum eo ipſo acrius: ubi inclinatá ſenſere: uictores ſe undiq; inueherent: nec facile ipetus ſuſtineri
poſſet: q̃q̃ retinebat obſiſtebatq; cedentibus Aſdrubal ab tergo eſſe colles: tutũq; receptũ: ſi modice ſe reci-
perent: clamitans: tamẽ uincente uerecundiá metu cum ꝓximis quiſq; hoſtem cæderet: terga extẽplo da-
ta: atq; in fugam ſeſe omnes effuderunt. Ac primo cõſiſtere ſigna in radicibus colliũ: ac reuocare in ordines
militem cœperant: cunctantibus in aduerſum collẽ erigere aciẽ romanis. Inde ut inferri ĩpigere ſigna ui-
derunt: integrata fuga in caſtra pauidi: impellunt nec ꝓcul uallo romanus aberat. Cepiſſetq; táto impetu
caſtra: niſi ex uæhementi ſole qualis inter graues imbre nubes effulget: tanta uis aquæ deiecta eẽt: ut uix ĩ
caſtra ſua receperint ſe uictores quoſdam ẽt religio ceperit: ulterius eo die quicquá conandi: Carthaginen-
ſes quáquam feſſos labore: ac uulneribus nox imberq; ad neceſſariá quiete uocabat: tamen quia metus &
periculũ ceſſandi nõ dabat tempus prima luce oppugnaturis hoſtibus caſtra: ſaxis undiq; circa ex ꝓpin-
quis uallibus congeſtis: augent uallũ munimento ſeſe: quando in armis parum præſidii foret: defenſuri.
Sed tranſitio ſociorum fuga: ut tutior mora uideretur: fecit principium defectionis ab Attane regulo turde-
tanorum factum eſt. Is cũ magna populariũ manu tranſfugit. Inde duo munita oppida cũ præſidiis tra-
dita a præfectis romano. Et ne latius inclinatis ſemel ad defectionem animis ſerperet res: ſilẽtio proximæ
noctis Aſdrubal caſtra mouet. Scipio ut prima luce qui in ſtationibus erant: retulerunt profectos hoſtes
præmiſſo equitatu ſigna ferri iubet. Adeoq; citato agmine educti ſunt: ut ſi uia recta ueſtigia ſequẽtes iſ-
ſent: haud dubie aſſecuturi fuerint: ſed ducibus eſt creditum: breuius aliud eſſe: iter ad Betim fluuium ut
tranſeuntes aggrederentur. Aſdrubal clauſo tranſitu fluminis ad Oceanum flectit: & iam ĩde fugientium
modo effuſi abibant. Idq; ab legionibus romanis aliquantum interualli fecit: eques: leuiſq; armatura nũc
a tergo: nunc a lateribus occurrendo fatigabat morabaturq;. Sed cum ad crebros tumultus ſigna conſi-
ſterent: & nunc equeſtria: nunc uelitibus: auxiliiſq; peditum prælia conſererent: ſuperuenerũt legiones in-
de iam non pugna: ſed trucidatio uelut pecorum fieri: donec ipſe dux fugæ auctor in proximos colles
cum ſeptem milibus ferme ſemiermium euaſit cæteri cæſi captiq;: caſtra tumultaria raptim tumulto ædi
tiſſimo communierũt: atq; inde cũ hoſtis nequicquam ſubire iniquo aſcenſu conatus eſſet: haud difficul
ter ſeſe tutati ſunt: ſed obſidio ĩ loco nudo: atq; inopi uix in paucos dies tollerabilis erat: itaq; trãſitiones

Scipiõis ſtratagema

Redigũt trepide in caſtra pœni

Aſdrubalis fuga

Attur hoſtium cædem

ad hoſtes fiebant. Poſtremo dux ipſe: nauibus acceptis: nec procul inde aberat mare: nocte: relicto exercitu. Gades perfugit. Scipio: fuga ducis hoſtiũ audita: decẽ millia peditum: mille equites reliqt Syllano ad caſtrorũ obſidionẽ. Ipſe cũ cæteris copiis: ſeptuageſimis caſtris: protinus cauſis regulorũ ciuitatũq; cognoſcendis: ut præmia ad uerã meritorũ æſtimationẽ tribui poſſent. Tarraconẽ rediit. Poſt ꝓfectionem eius Maxiniſſa cũ Syllano clam cõgreſſus: ut ad noua cõſilia gentẽ quoq; ſuã obediẽtẽ haberet: cũ paucis popularibus in Africam traiecit. Non tã euidẽti eo tẽpore ſubitæ mutatiõis cã: quam documẽto poſt id tempus conſtantiſſimæ ad ultimã ſenectã fidei: ne tum quidẽ eũ ſine ꝓbabili cauſa feciſſe. Mago inde: remiſſis ab Aſdrubale nauibus: Gades perit. Ceteri deſerti ab ducibus pars trãſitione: pars fuga diſſipati ꝑ proximas ciuitates ſunt: nulla manus numero aut uiribus inſignis: hoc maxime modo: ductu atq; auſpicio procõſulis Scipionis pulſi Hiſpania carthaginenſes ſunt quartodecimo anno poſt bellum initiũ quinto poſteaq̃ ꝓconſul Scipio ꝓuincia & exercitũ accepit. Haud multo poſt Syllanus debellatum referens. Tarraconem ad Scipionẽ rediit. L. Scipio cũ multis nobilibus captiuis: nuncius receptæ Hiſpaniæ Romã eſt miſſus. Et cũ cæteri lætitia gloriaq; ingenti eam rem uulgo ferrent: unus qui geſſerat: inexplebilis uirtutis: ueræq; laudis parũ inſtar eorũ: quæ ſpe ac magnitudine animi cõcepiſſet: receptas Hiſpanias ducebat. Iam Africam: magnãq; Carthaginem & in ſuũ decus nomenq; uelut conſumatã eius belli gloriam ſpectabat. Itaq; præmoliendas ſibi ratus iã res: recõciliandoſq; regnũ: gentiumq; animos. Syphacem primum regem ſtatuit temptare. Maſſeſſulorum is rex erat. Maſſeſſuli gens affinis mauris regionem Hiſpaniæ maxime qua ſita noua Carthago eſt: ſpectant. Fœdus ea tempeſtate regi cum Carthaginenſibus erat: quod haud grauius ei ſanctiuſq; quã uulgo barbaris: qbus ex fortuna pendet fides: ratus fore: oratorem ad eũ. C. Lællium cum donis mittit. Quibus barbarus letus: & quia res tum ꝓſperæ ubiq; romanis: pœnis autẽ in Italia aduerſæ in Hiſpania nullæ iã erant: amiciã ſe romanorũ accipere annuit: firmandæ eius fidẽ nec dare: nec accipere niſi cũ ipſo corã duce romano. Ita Lællius ĩ id modo fide a rege accepta: tutum aduentũ fore ad Scipionẽ redit. Magnum in oĩa momentũ Syphax affectanti res erat Africæ: opulẽtiſſimus eius terræ: bello iã expertus ipſos carthaginenſes: finibus ẽt regni apte ad Hiſpaniã: qua freto exiguo dirimunt̃: poſitis. Dignã itaq; rem Scipio ratus: quæ quoniã nõ aliter poſſet: magno periculo peteretur. L. Martio Tarracone: Syllano Carthagine noua: quo pedibus a Tarracone itineribus magnis ierat: ad ꝑſidium Hiſpaniæ relictis: ipſe cũ. C. Lællio duabus quinqueremibus ab Carthagine ꝓfectus tranquillo mari plurimũ remis interdũ & leui adiuuante uento in Africã traiecit. Forte ita incidit: ut eo ipſo tpe Aſdrubal pulſus Hiſpania ſeptem triremibus portũ inuectus: anchoris poſitis: terræ applicaret naues. Cum cõſpectæ duæ quinqueremes haud cuiq̃ dubio quin hoſtiũ eſſent: opprimiq; a pluribus: priuſquã portũ intrarent: poſſent: nihil aliud quã tumultũ: ac trepidationẽ ſimul militũ: ac nautarum: nequicquã armaq; & naues expedientiũ fecerunt: percuſſa enim ex alto uela acriori uento: prius in portũ intulerunt. qnqueremes: quã pœni anchoras molirentur: nec ultra tumultũ ædere quiſquam in regio portu audebat. Itaq; prior in terrã Aſdrubal: mox Scipio: & Lællius egreſſi ad regẽ pergunt. Magnificũq; id Syphaci nec erat alias uiſum: duoꝝ opulentiſſimorũ ea tẽpeſtate duces populorũ uno die ſuam pacẽ amicitiãq; petẽtes ueniſſe: utrũq; ĩ hoſpitiũ inuitat. Et quoniam ſors eos ſub uno tecto eſſe: atq; ad eoſdẽ penates uoluiſſet: cõtrahere ad colloquiũ dirimendarũ ſimultatum cauſa ẽ conatus Scipione abnuente haud priuatũ ſibi ullũ cũ pœno odium eẽ: quod colloquẽdo finiret: aut de repu. ſe cum hoſte agere quicquã iniuſſu ſenatus poſſe. Illud magnopere tendente rege: ne alter hoſpitiũ excluſus menſa uideretur: ut in animum induceret: ad eaſdem uenire epulas haud abnuit. Cænatumq; ſimul apud regẽ eſt. Et eodẽ ẽt lecto Scipio atq; Aſdrubal: quia ita cordi erat regi: accubuerunt. Tanta autẽ inerat comitas Scipioni: atq; ad omnia naturalis ingenii dexteritas: ut nõ Syphacem modo barbarũ: inſuetumq; omnibus moribus romanis: ſed hoſtem ẽt infeſtiſſimum facunde alloquendo ſibi cõciliaret:: mirabilioreq; ſibi eum uirum cõgreſſo coram uiſum præ: ſe ferebat: quam bello rebus geſtis: nec dubitate: quin Syphax: regnumq; eius iã in romanorũ eſſe: poteſtate: eam artem illi uiro ad cõciliandos aĩos eſſe. Itaq; nõ quomodo Hiſpaniæ amiſſæ ſint querendũ magis carthaginenſibus eſſe: quã quomodo Africam retineant cogitandum: nõ peregrinabũdũ: neq; circa amœnas oras uagantem tantũ ducem Romanũ relicta ꝓuincia nouæ dicionis: relictis exercitibus: duabus nauibus in Africã traieciſſe: & cõmiſiſſe ſeſe in hoſtilem terrã in poteſtatem regiã: in fidem inexpertã ſed potiundæ Africæ ſpem affectantem: hoc eum iam pridem uolutare in aĩo: hæc palam fremere: quod nõ quẽadmodũ Annibal in Italia: ſic Scipio in Africa bellum gereret. Scipio fœdere icto cũ Syphace: ꝓfectus ex Africa dubiiſq; & plæriſq; ſæuis in alto iactatus uentis die quarto nouæ Carthaginis portum tenuit. Hiſpaniæ: ſicut a bello punico quietæ erant. Ita qnaſdam ciuitates ꝓpter cõſcientiã culpæ metu magis quam fide quietas eſſe apparebat: quarum maxime ĩſignes & magnitudine: & noxa Illiturgia & Caſtulo erant. Caſtulo cũ ꝓſperis rebus ſocii fuiſſent: poſt cæſos cum exercitibus Scipiones defecerat ad pœnos Illiturgitani ꝓdendis: qui ex illa clade ad eos perfugerunt: interficiẽdiſq;: ſcelus ẽt defectioni addiderunt. In eos populos primo aduentu: cum dubiæ Hiſpaniæ eſſent: merito magis quam utiliter ſæuitum eſſet: tunc iam tranquillis rebus: quia tẽpus expetendæ pœnæ uidebatur: ueniſſe: accitũ ab Tarracone. L. Martiũ cũ tertia parte copiaꝝ ad Caſtulonem oppugnandam mittit. Ipſe cũ cætero exercitu qntius ferme ad Illiturgiã caſtris peruenit. Clauſæ erant portæ oĩaq; inſtructa & parata ad oppugnationẽ arcẽdẽ: adeo conſcientia: qd ſe meritos ſcirent: pro indicio eis bello fuerat. Hinc & hortari milites Scipio orſus ẽ: ipſos claudendis portis indicaſſe hiſpanos: quid ut timerent: meriti eſſent. Itaq; multo infeſtioribus animis cũ

Pellũt̃ hiſpãia pœni. xiiii. anno ſcdi belli punici

Aſdrubal & Scipio eodẽ tpe ad ſyphacem ueniunt

Att̃. aſdrubalis de ſcipiõe iudicium

tis:quam cũ Carthaginenſibus bellũ gerendũ eſſe:quippe cũ illis ſine ira prope de imperio & gloria certari:ab iis perfidiæ & crudelitatis:& ſceleris pœnas expetendas eſſe:eueniſſe tempus:quo & nefandam cõmilitonum necem & in ſemetipſos:ſi eodem fuga delati forent:inſtructam fraudẽ ulciſcerẽtur:& in omne tempus graui documento ſancirent:nequis unquam Romanum ciuem militemqꝫ in ulla fortuna opportunum iniuriæ duceret. Ab hac exhortatione ducis incitati ſcalas electis per manipulos uiris diuidũt:partito exercitu:ita ut parti alteri Lællius præeſſet legatus duobus ſimul locis ancipiti terrore urbem aggrediuntur. Non dux unus aut plures principes oppidanos:ſed ſua ipſorũ cõſcientia culpæ metus ad defendendam impigre urbem hortatur:& meminerant & mouebant alios ſuppliciũ ex ſe nõ uictoriam peti:ubi quiſqꝫ mortẽ oppeteret:id referre:utrum in pugna & in acie:ubi mars cõmunis:& uictũ ſæpe erigeret:& affligeret uictorẽ:an poſt modũ cremata & diruta urbe ante ora captarum coniugũ:liberorumqꝫ inter uerbera:& uincula oĩa fœda:atqꝫ indigna paſſi expirarent. Igitur nõ militaris mõ ætas aut uiri tantum:ſed fœminæ quoqꝫ puriqꝫ ſupra animi:corporiſqꝫ uires adſunt:ꝓpugnantibus tæla miniſtrant:ſaxa in muros munientibus gerunt:nõ libertas ſola agebat᷑:quæ uirorum fortiũ tantum pectora acuit:ſed ultima oĩbus ſupplicia:& fœda mors ob oculos erat. Accendebãtur animi:& certamine laboris ac periculi:atqꝫ ipſo inter ſe conſpectu. Itaqꝫ tanto ardore certamen initũ eſt:ut domitor ille totius Hiſpaniæ exercitus ab unius oppidi iuuentute ſæpe repulſus a muris haud ſatis decoro ꝑlio trepidaret. Id ubi uidit Scipio ueritus ne nauis conatibus tot ſuorum hoſtiũ creſceret animus:& ſegnior miles fieret:ſibimet conãdum ad hanc partem periculi capeſſendam eẽ ratus:increpita ignauia militũ ferri ſcalas iubet:& ſeipſum ſi cæteri cunctentur:aſcenſurũ minatur. Iam ſubierat haud mediocri periculo mœnia:cũ clamor undiqꝫ ab ſollicitis uicem imperatoris militibus ſublatus ſcalæqꝫ multis partibus ſimul erigi cœptæ. Et ex altera parte Lællius inſtitit. Tum uicta oppidanorũ uis:deiectiſqꝫ ꝓpugnatoribus occupantur muri:Arx ẽt ab ea parte:qua inexpugnabilis uidebatur:inter tumultum capta eſt. Transfugæ afri:qui tum inter auxilia romana erant:& oppidanis in ea tuenda:unde periculũ uidebatur:uerſis:& romanis ſubeuntibus ſcalis mœnia:qua adire poterant:cõſpexerunt æditiſſimam urbis partẽ:quæ rupe alta detegebat᷑:neqꝫ opere ullo munitam:& a defenſoribus uacuã:leuium corporum homines & uulta exercitatione pernicium:clauos ſecum ferreos portãtes:qua per inæquabiliter eminentia rupis poterant:ſcandũt:ſicubi nimis arduum:& leue ſaxum occurrebat:clauos per modica interualla figentes:cũ uelut gradus feciſſent primi ſequentes extrahentes manu:poſtremi ſubleuantes eos:qui præirent:in ſummum euadunt:inde decurrunt cum clamore ĩ urbem iam captam ab romanis. Tum uero apparuit ab ira:& odio urbem oppugnatam eſſe:nemo capiendi uiuos:nemo patentibus ad direptionem oĩbus prædæ memor᷑ eſt:trucidant inermes iuxta atqꝫ armatos fœminas pariter ac uiros. Vſqꝫ ad infantiũ cædẽ ira crudelis peruenit. Ignẽ deinde tectis iniiciunt:ac diruunt:quæ incendio abſumi nequeunt. Adeo ueſtigia quoqꝫ urbis extinguere:ac delere memoriam hoſtium ſedis cordi eſt. Caſtulonem inde Scipio exercitum ducit:quam urbem Hiſpani modo conuenæ:ſed punici etiam exercitus ex diſſipata paſſim fuga reliquiæ tutabantur:ſed aduentum Scipionis præuenerat fama cladis illiturgitanorum:terrorqꝫ deinde:ac deſperatio inuaſerat:& in diuerſis cauſis cum ſibi quiſqꝫ conſultum ſine alterius reſpectu uellet:primo tacita ſuſpitio:deinde aperta diſcordia ſeceſſionem inter Carthaginenſes:atqꝫ hiſpanos fecit. His Cerdubellus propalam deditionis auctor. Himilco punicis auxiliaribus præerat:quos urbemqꝫ fidem clam accepta. Cerdubellus Romano prodit. Mitior ea uictoria fuit:nec tantundem noxæ admiſſum erat:& aliquantum iræ lenierat uoluntaria deditio. Martius inde & barbaros:ſiqui nondũ ꝑdomiti erant:ſub ius deditionẽqꝫ dirigendo miſſus Scipio Carthaginẽ ad uota ſoluẽda diis munuſqꝫ gladiatorũ:qđ᷑ mortis cã patris patruiqꝫ parauerat ædẽdũ rediit.

Capit᷑ Illiturgi

Illiturgitanorum cædes

Caſtulo

Gladiatorium ſpectaculum fuit nõ ex eo genere hominũ:ex quo laniſtis cõparare mos eſt:ſeruorũ delectu ac libertorum:qui uænalem ſanguinem habẽt. Volũtaria omnis:& ingratuita opera pugnantium fuit. Nam alii miſſi ab regulis ſunt ad ſpecimen inſitæ genti uirtutis oſtendendũ. Alii ipſi profeſſi ſe pugnaturos in gratiam ducis. Alios æmulatio & certamẽ ut prouocarent:prouocatiue haud abnuerent traxit. Quidã quas diſceptando controuerſias finire nequiuerant aut noluerant:pacti inter ſe:ut uictorẽ res ſequeretur:ferro decreuerunt. Neqꝫ obſcuri generis homines:ſed clari illuſtreſqꝫ Corbis & Orſua patrueles fratres de principatu ciuitatis:quam Ibem uocabãt ambigentes ferro ſe certaturos ꝓfeſſi ſunt. Corbis maior erat ætate:Orſuæ pater princeps proxime fuerat a fratre maiore poſt mortem eius principatu accepto. Cum uerbis diſceptare Scipio uellet:ac ſedare iras:negatum id:ambo dicere:communibꝰ cognatis:nec alium deorum hominũue:quam martem ſe iudicẽ habituros eſſe. Robore maior:minor flore ætatis ferox:mortẽ in certamine:quã ut alter alterius imperio ſubigeretur:præoptantes:cũ ab tanta rabie dirimi nequirent:inſigne ſpectaculum exercitui præbuere:documentumqꝫ quantũ cupiditas imperii malum inter mortales eſſe. Maior uſu armorũ & aſtu facile ſtolidas uires minoris ſuꝑauit. Huic gladiatorũ ſpectaculo ludi funebres additi ꝓ copia & prouinciali:& caſtrenſi apparatu. Res interim nihilominus a Legatis gerebantur. Martius ſuperato Bete amni quem incolæ appellant Cirtim:duas opulentiſſimas ciuitates ſine certamine in deditionem accepit. Aſtapa urbs erat carthaginẽſium ſemper partis:neqꝫ id tam dignum ira erat:quam quod extra neceſſitates belli præcipuum in romanos gerebant odium:nec urbem ſitu:aut munimento tutam habebant:quæ ferociores iis aĩos faceret:ſed ingenia incolarũ latrocinio læta ut excurſiones in finitimũ agrum ſociorũ Po. Ro. facerent:impulerant:& uagos milites romanos lixaſqꝫ & mercatores exciperent. Magnum etiam comitatum:quia paucis parum tutum fuerat tranſgredientem

Munus gladiatorium ex quo gñe hominũ editum

fines poſitis inſidiis circunuentũ iniquo loco interfecerunt. Ad hanc urbem oppugnandam cũ admotus
exercitus eſſet: oppidani cõſcientia ſcelerum: quia nec deditio tuta ad tam infeſtos hoſtes uidebať: nec ſpes
mœnibus aut armis tuendæ ſalutis erat: facinus in ſe: ac ſuos fœdũ: ac ferũ conſciſcunt: locum in forũ de/
ſtinant: quo prætioſiſſima rerum ſuarũ cõgererent ſuper eum tumulũ coniuges: ac liberos conſidere cum
iuſſiſſent: ligna circa extruunt: faſceſq; uirgultorũ coniiciunt: qnquaginta deinde iuuenibus armatis præ/
cipiunt: ut donec incertus euentus pugnæ eſſet: præſidium eo loco fortunarũ ſuarum: corporum quæ ca

Atť. aſta/
panorum
facinus

riora fortunis eſſent: ſeruarent. Si rem inclinatã uiderent: atq; in eo eẽ iam ut urbs caperetur. ſcirent oẽs:
quos euntes in præliũ cernerent: mortẽ in ipſa pugna obituros: illos ſe p deos ſuperos: inferoſq; orare: ut
memores libertatis quæ illo die: aut morte honeſta: aut ſeruitute infami finienda eẽt: nihil relinquerẽt: in
quod ſæuire iratus hoſtis poſſet: ferrũ ignẽq; in manibus eẽ: amicæ ac fideles potius ea: quæ peritura fo
rent: & abſumerent manus: quã inſultarent ſupbo ludibrio hoſtes. His adortationibus execratio dira ad/
iecta: ſi quem a ꝑpoſito ſpes: molliciaue animi flexiſſet: inde cõcitato agmine: patentibus portis: ingenti
cum tumultu erumpunt. Neq; erat ulla ſatis firma ſtatio oppoſita: quia nihil minus: quã ut egredi mœ/
nibus auderent: timeri poterat. Perpaucæ equitũ turmæ: leuiſq; armatura repẽte e caſtris ad ipſum emiſſa
occurrit: acrior impetu atq; animis: quã cõpoſitior ullo ordine pugna fuit. Itaq; pulſus eques: qui pri/
mus hoſti ſe obtulerat: terrorẽ intulit leui armaturæ: pugnatũq; ſub ipſo uallo foret: ni robur legionum

Aſtapani
ad unũ cæ
duntur

perexiguo ad inſtruendũ dato tpe aciem direxiſſet. Ibi quoq; trepidatũ parũper circa ſigna eſt: cũ cæci fu/
rore in uulnera ac ferrũ uecordi audacia ruerent. Deinde uetus miles aduerſus temerarios ĩpetus pertinaci
cæde primoꝝ: inſequẽtes ſuppreſſit conatus: paulopoſt ultro inferens pedẽ ut neminẽ cæderet: atq; obſti/
natos mori ĩ ueſtigio quẽq; ſuo uidit: patefacta acie: qđ ut facere poſſet: multitudo armatoꝝ facile ſup/
peditabat: cornua hoſtiũ amplexus in orbẽ pugnantes ad unũ oẽs occidit. Atq; hæc tamẽ hoſtium irato
rum ac tamen maxime dimicantiũ iure belli in armatos repugnãteſq; ædebanť. Fœdior alia in urbe truci
datio erat: cũ turbã fœminaꝝ puerorũq; imbellẽ inermẽq; ciues ſui cæderent: & in ſuccenſum rogũ ſemi
anima plæraq; iniicerẽt corpora: riuiq; ſanguinis flãmam orientẽ reſtinguerẽt. Poſtremo ipſi cæde miſe
randa ſuorũ fatigati: cũ armis medio incẽdio ſe iniecerũt. Iam cædi ꝑpetratæ uictores romani ſupuenere.
Ac primo cõſpectu tã fœdæ rei mirabundi parũper obſtipuerũt. Deinde cũ aurũ argentũq; cumulo rerũ
aliarũ interfulgens auiditate ingenii humani rapere ex igne uellẽt: correpti alii flãma ſunt: alii ambuſti af
flatu uaporis: cum receptus primis urgente ingenti turba nõ eſſet. Ita Aſtapa ſine p̃da militũ ferro igniq;
abſumpta ẽ. Martius cæteris regionis eius metu in deditionẽ acceptis: uictorẽ exercitũ Carthaginem ad
Scipione reduxit. Per eos ipſos dies pfugæ a Gadibus uenerunt pollicẽtes urbẽ punicumq; p̃ſidiũ quod
in ea urbe eẽt: & ĩperatorẽ p̃ſidii cum claſſe ꝑdituros eẽ. Mago ibi ex fuga ſubſtiterat: nauibuſq; in ocea/
no collectis: aliquantũ auxiliorum & trans fretum ex Africa ora: & ex ꝓximis Hiſpaniæ locis per Han/
nonem p̃fectũ coegerat. Fide accepta: dataq; perfugis: & Martius eo cum expeditis cohortibus: & Læli/
lius cum ſeptem triremibus: quinqueremi una eſt miſſus ut terra mariq; cõmuni conſilio rem gererent.

Scipio ipſe graui morbo implicitus: grauiore tamẽ fama: cũ ad id quod quiſq; audierat ĩſita hoĩbus li
bidine alendi de induſtria rumores adiiceret aliquid ꝓuinciã oẽm: ac maxime longinqua eius turbauit:
apparuitq; quãtã excitatura molẽ uera fuiſſet clades: cũ uanus rumor tantas procellas exciuiſſet: nõ ſocii

Noui Hi
ſpanorũ
motus &
ſeditio
Militaris

in fide: nõ exercitus in officio mãſit. Mandonius: & Indibilis: quibus quia regnũ ſibi Hiſpaniæ expulſis
inde Carthaginenſibus deſtinarant animis: nihil ꝓſpere cõtingebat: cõcitatis popularibus: lacetani autem
erant: & iuuentute celtiberorũ excita: agrũ ſueſſitanũ: ſedetanũq; ſociorũ Popu. Roma. hoſtiliter depopula
ti ſunt. Ciuilis alius furor in caſtris ad Sucronẽ ortus. Octo ibi millia militũ erãt: præſidiũ gẽtibus: quæ
cis Iberum incolũt: impoſitũ. Motæ eorum autem mẽtes ſunt: nõ tũ cum primum de uita ĩperatoris du
bii rumores allati ſunt: ſed iam ante licẽtia ex diutino: ut fit: ocio collectæ: & nõ nihil: quod in hoſtico la
xius rapto ſuetis uiuere: artiores in pace res erant. Ac primo ſermones tantum occulti ſerebãtur: ſi bellum
in prouincia eẽt: ſed quid ſeſe inter pacatos facere? Si debellatum iam: & cõfecta prouincia eẽt: cur in Ita/
liam nõ reuehi? Flagitatum quoq; ſtipendiũ procacius: quã ex more: & modeſtia militari erat & a cuſto
dibus probra in circuneũtes uigilias tribunos iacta. Et noctu quidã prædatum in agrũ circa pacatũ ie/
rant. Poſtremo interdiu: ac propalam ſine commeatu ab ſignis abibant. Omnia libidine ac licẽtia militũ
nihil inſtituto: aut diſciplina militiæ: aut imperio eorũ: qui præerãt: gerebantur. Forma tamẽ romanorũ
caſtrorum cõſtabat: una ea ſpe: quod tribunos ex cõtagione furoris haud expertes ſeditionis defectioniſ/
q; rati forent & iura reddere in principiis ſinebant: & ſignum ab eis petebãt: & in ſtationes ac uigilias or
dine ibant. Et ut uim imperii abſtulerant: ita ſpeciem dicto parẽtium ultro ipſi imperantes ſeruabãt. Eru
pit deinde ſeditio: poſteaquam repræhendere atq; improbare tribunos ea: quæ fierent: & conari obuiam
ire: & propalam abnuere furoris eorum ſe futuros ſocios ſenſerunt. Fugatis itaq; ex principiis: ac paulo/
poſt e caſtris tribunis ad principes ſeditionis gregarios milites. C. Albium Calenum. C. Atrium Vmbri
um delatum omniũ conſenſu imperium: qui nequaquam tribuniciis cõtenti ornamentis: inſignia etiam
ſummi imperii faſces ſecureſq; attrectare auſi: neq; iis uenit ĩ mentem ſuis tergis: ſuiſq; ceruicibus uirgas
illas ſecureſq; imminere: quas ad metum aliorum præferrent. Mors Scipiõis falſo credita occæcabat ani
mos: ſub cuius uulgatam iam famam nõ dubitabant totam Hiſpaniam arſuram bello. In eo tumultu &
ſociis pecunias imperari & diripi propinquas urbes poſſe: & turbatis reb⁹ cum omnia omnes auderẽt:
nimis inſignia fore: quæ ipſi feciſſent. Cum alios ſubinde recentes nuncios non mortis modo: ſed etiam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

funeris expectarent:neqꝫ ſuperueniret quiſq̃:euaneſcereqꝫ temere ortus rumor:tum primi auctores requi/
ri cœpti. Et ſubtrahentes ſe quoqꝫ:ut credidiſſe potius temere q̃ finxiſſe rem talem uideri poſſent: deſtituti
duces iam ſua ipſi inſignia:& pro uana imagine imperii ꝙ gererent:ueram,iuſtāqꝫ mox in ſe uerſuram
ptātem hæc horrebant. Stupenti ita ſeditioni cū uiuere primo:mox ēt ualare Scipionem certi auctores af
ferent:tribuni militum ſeptē:q ab ipſo Scipione ſunt miſſi:ſupuenerunt:ad quoꝝ primū aduētum exa
ſperati aīo mox ipſis placido ſermone ꝑmulcētibus notos:cum quibus congreſſi erant,leniti ſunt:circū/
euntes.n.tentoria primo:deinde in principiis ꝑ̄torioqꝫ:ubi ſermones inter ſe ſerentium circulos uidiſſent:
alloquebant̄:ꝑcunctantes magis:quæ cā iræ cōſternationiſqꝫ ſubitæ foret:q̃ factum accuſantes. Vulgo ſti
pendium nō datum ad diem iactabatur. Et cum eodem tpe:quo ſcelus illurgitanoꝝ extitiſſet: poſt duo/
rum impatoꝝ:duorūqꝫ exercituū ſtragē ſua uirtute defenſum nomē romanū:ac retenta ꝓuincia eſſet:illi/
turgitanos pœnā noxæ meritā habere:ſuis recte factis gratiam:q exoluat:nō eſſe. Talia querentes æqua **Tribuno**
orare:ſeqꝫ ea relaturos ad impatorem reſpondebant. Lætari quod nihil triſtius:nec īſanabilius eſſet. Et. P. **rū acceſ/**
Scipionem ꝓconſulē deū benignitate:& remp. eſſe gratiæ referendæ. Scipionē bellis aſſuetū:ad ſeditionū **ſus in ca/**
ꝓcellas rudē:ſollicitū habebat:res ne aut exercitus peccādo:aut ipſe puniēdo modum excederet. In ꝑ̄ſen/ **ſtra**
tia:ut cœpiſſet:leniter agi placuit. Et miſſis circa ſtipendiarias ciuitates exactoribus ſtipendii ſpē propin/
quā facere. Edictum ſubinde poſitum:ut ad ſtipēdium petendū cōuenirent Carthaginem:ſeu carptī par/
tes:ſeu uniuerſi mallent. Tranqllam ſeditionem iam p ſe langueſcētem repentina quies rebellātium hiſpa
norum fecit,redierant.n.in fines omiſſo incœpto Mandonius: & Indibilis: poſteaq̃ uiuere Scipionem
allatum eſt:nec iam erat aut ciuis:aut externus:cum quo furorem ſuū conſociarent. oīa circūſpectantes cō
ſilia nihil reliqui habebāt p̄ter unū tutiſſimū a malis conſiliis receptum:ut imperatoris uel iuſtæ iræ: uel
non deſperandæ clæmētiæ ſeſe committerent. ēt hoſtibus eum ignouiſſe:cum qbus ferro dimicaſſet:ſuam ſe
ditionem ſine uulnere:ſine ſanguine:nec ipſam atrocē:nec atroci pœna dignā:ut ingenia humana ſunt ad
ſuam cuiqꝫ leuandā culpam nimio plus facūda. Illa dubitatio erat:ſingulæ ne cohortes:an uniuerſi ad ſti
pendium petendū irent. Inclinauit eo ſnīa:ꝙ tutius cenſebant:uniuerſos ire. Per eoſdem dies: qbus hæc
illi conſultabant:conſilium de iis Carthagine erat:certabaturqꝫ ſentētiis utrū in auctores tantū ſeditionis
(erant aūt ii numero haud pluſq̃.v.&.xxx.)aīaduerteretur:an plurium ſupplicio uincenda tam fœdi exē
pli defectio magis:q̃ ſeditio eſſet. Vicit ſnīa lenior:ut unde culpa eſſet:orta ibi pœna cōſiſteret. Ad multitu
dinem ſatis eſſe caſtigationē. Concilio dimiſſo:ut id actū uideret̄:expeditio aduerſus Mandoniū indibi/
lemqꝫ edicitur exercitui:q Carthagine erat:& cibaria dieꝝ aliquot parare iubentur. Tribunis ſeptē: q an/
tea Sucronem ad leniendam ſeditionem erant: obuiam exercitui miſſis:quina noīa principum ſeditionis
edita ſunt:ut eos per idoneos hoīes benigno uultu ac ſermone in hoſpitium inuitatos:ſopitoſqꝫ uino ui/
cerent haud ꝓcul iam Carthagine aberant:cum ex obuiis auditum poſtero die oēm exercitum cum Syl/
lano in lacetanos ꝓficiſci:nō metu modo omni:qui tacitus inſidebat aīs:liberauit eos:ſed læticiam ingen
tem fecit:quod magis habituri ſolum impatorem:q̃ ipſi futuri in poteſtate eius eſſent. Sub occaſu ſolis ur
bem ingreſſi ſunt:exercitūqꝫ alterum parantē omnia ad iter uiderunt. Excepti ſermonibus de induſtria cō
poſitis:lætum opportunūqꝫ aduentū eoꝝ imperatori eſſe:ꝙ ſub ipſa ꝓfectione alterius exercitus ueniſ/
ſent:corpora curent. A. Tribunis ſine ullo tumultu auctores ſeditionis per idoneos homines inducti in
hoſpicia:comꝑ̄henſi ac uincti ſunt. Vigilia quarta impedimenta exercitus:cuius ſimulabatur iter:profici/
ſci cœpere:ſub lucem ſigna mota:& ad portam retentum agmē:cuſtodeſqꝫ circa omnes portas miſſi:ne/
quis egrederet̄. Vocati deinde ad concionem:qui pridie uenerant:ferociter in foꝝ ad tribunal imperato/
ris:ut ultro territuri ſucclamationibus concurrunt. Simul & imperator aſcendit:& reducti armati a por/
tis inermi ſe concioni ab tergo circūfuderunt. Tum omnis ferocia conſedit:& ut poſtea fatebantur: nihil
æque eos terruit:quā p̄ter ſpem robur:& color imperatoris:quæ effectum uiſuros crediderant:uultuſqꝫ
qualē ne acie qdem aiebant meminiſſe. Sedit tacitus pauliſper:donec nunciatum eſt:deducto ī foꝝ aucto
res ſeditionis:parata iam omnia eſſe. Tum ſilentio per ꝑ̄conem facto ita cœpit. Nunquā mihi defuturā
orationem:qua exercitum meū alloquerer:credidi:nō quo uerba unquā potius quā res exercuerim: ſed
quia ꝓpe a pueritia in caſtris habitus aſſueueram militaribus ingeniis apud uos quēadmodum loquar:
nec cōſilium:nec oratio ſuppeditat:quos ne quo nomine qdem appellare debeam:ſocio:ciues? qui a pṝia
ueſtra deſciuiſtis:an milites? q imperium auſpiciūqꝫ abnuiſtis:ſacramenti religionē rupiſtis hoſtes? cor/
pora:ora:ueſtitum habitū ciuium cognoſco:facta:dicta:conſilia:animos hoſtium uideo. Quid.n.uos: **Vehe/**
niſi quod illergites:& lacetani aut optaſtis aliud? aut ſperaſtis? & illi tamē Mandonium atqꝫ Indibilem **mens Sci**
regiæ nobilitatis uiros duces furoris ſecuti ſunt:uos auſpicium & imperium ad Vmbrium Actium & **pionis**
Calenum Albium detuliſtis. Negate uos omnes id feciſſe:aut factum uoluiſſe milites:paucoꝝ eum furo **oratio**
rem:atqꝫ amentiam eſſe:libenter credam negantibus:nec enim ea ſunt commiſſa:quæ uulgata in omnem
exercitum ſine piaculis ingentibus expiari poſſint. Inuitus ea tanquā uulnera attingo:ſed niſi tacta tra/
ctataqꝫ ſanari nō poſſunt. Equidem pulſis Hiſpania carthaginenſibus:nullum locum tota prouincia:nul
los hoīes credebam eſſe:ubi uita inuiſa eſſet mea:ſic me non ſolum aduerſus ſocios geſſeram:ſed etiam ad
uerſus hoſtes. In caſtris meis:heu quātum me opinio fefellit:fama mortis meæ non accepta ſolum:ſed ēt
expectata eſt:non ego uulgari facinus per oēs uelim:Equidem ſi totum exercitum meum mortem mi/
hi optaſſe crederem: hic ſtatim ante oculos ueſtros morerer:nec me uita iuuaret inuiſa ciuibus: & mili/
tibus meis:ſed multitudo omnis:ſicut natura maris per ſe immobilis eſt:ut uēti & auræ cient:ita aut trā/

quillum:aut ꝓcellæ in uobis ſunt:& cá atq; origo oĩs furoris penes auctores eſt:uos contagione inſani-
ſtis. Quin mihi ne hodie qdem ſcire uidemini:quo amentiæ ꝓgreſſi ſitis:quid facinoris in me: quid in

Multitudinis natura

patriam:parenteſq;:ac liberos ueſtros:quid in deos ſacramẽti teſtes:quid aduerſus auſpicia:ſub quib⁹ mi
litatis:quid aduerſus morẽ militiæ:diſciplináq; maioꝝ:quid aduerſus ſummi imperii maieſtatem auſi
ſitis:de meipſo taceo:temere:potius q̃ auide credideritis. Is deniq; ego ſim cuius imperii tædere exercitũ
minime mirandũ ſit:patria quid de uobis meruerat:q̃ cum Mandonio & Indibili cõſociando conſilia ꝓ
debatis? Quid populus romanus:cuius imperium ablatum a tribunis ſuffragio populi creatis:ad hoĩes
priuatos detuliſtis?cum eo ipſo nõ contẽti:ſi pro tribunis eos haberetis faſces imperatoris ueſtri ad eos
quibus ſeruus:cui imperarẽt:nunq̃ fuerat romanus exercitus detuliſtis. In p̄torio tetenderunt Albius &
Actius:claſſicum apud eos cecinit:ſignum ab iis petitum eſt. Sederunt in tribunali procõſulis. P. Scipio-
nis lictor apparuit: ſummoto eo inceſſerunt: faſces cum ſecuribus prælati ſunt Lapides pluere:& fulmi-
na iaci de cælo:& inſuetos fœtus aĩalia edere:uos portẽta eſſe putatis. Hoc eſt portentum:quod nullis ho
ſtiis:nullis ſupplicationibus ſine ſanguine coꝝ:qui tãtum facinus auſi ſunt:expiari poſſit. Atq; ego :quá
quá nullũ ſcelus rõnem habet: tamẽ ut in re nefaria q̃ mens qđ cõſilium ueſtrũ fuerit:ſcire uelim. Regiũ
quondam in p̄ſidium miſſa legio:interfectis ꝑ ſcelus principibus ciuitatis:urbẽ oppulẽtá ꝑ decẽ annos te
nuit:ꝓpter quod facinus:tota legio millia hominum quattuor in foro romano ſecuri percuſſi ſunt. Sed
illi primũ nõ Actium umbriũ ſemilixá nominis etiam abominádi ducem:ſed. D. Iubellium tri. militũ
ſecuti ſunt:nec cum Pyrrho:nec cum ſamnitibus:nec cũ Lucanis hoſtibus populi romani ſe coniunxerãt.
Vos cum Mandonio & Indibili cõſilia cõmunicaſtis:& arma cõſociaturi fuiſtis. Illi ſicut campani Ca-
puá tuſcis ueteribus cultoribus ademptam mamertini in Sicilia Meſſanam eam:ſic tum Regium habitu
ri ꝑpetuá ſedem erant:nec populum romanũ:nec ſocios populi romani ultro laceſſituri bello. Sucronem
ne uos domiciliũ habituri eratis ubi ſi uos diſcedens confecta ꝓuincia imperator relinquerẽ:deũ homi-
nũq; fidem implorare debebatis:quod nõ rediretis ad coniuges:liberoſq; ueſtros:ſed horum quoq; me-
moriam:ſicut patriæ meiq; eieceratis ex aĩs ueſtris. Viam conſilii ſcelerati ſed nõ ad ultimũ dementis exe-
qui uolo:me ne uiuo:& cætero incolumi exercitu cum quo ego uno die carthaginem cœpi:cũ quo quat
tuor imperatores quattuor exercitus carthaginẽſium fudi fugaui. Hiſpania expuli:uos octo millia ho-
minum maiores certe oẽs p̄tii:q̃ Albius & Vmbrius ſunt quibus uos ſubieciſtis Hiſpaniam ꝓuinciam:
populo ro. erepturi eratis?amolior & amoueo nomẽ meum:nihil ultra facile creditam mortem meam a

Imperatores q ſecũdo bello punico ꝑerunt

uobis uiolatus ſim. Quid ſi ego morerer:mecũ expiratura reſpublica:mecũ caſuꝝ imperiũ erat ne iſtud
Iuppiter Optimus Maximus ſinat. Vrbem auſpicato diis auctoribus in æternũ cõditam huic fragili &
mortali corpi æqualẽ eſſe. Flaminio Paulo Aemilio. Gracco. Poſthumio Albino. M. Marcello. T. Qu.
Criſpino. C. Fuluio Scipionibus meis:tot tam p̄claris ĩperatoribus uno bello abſumptis:ſupſtites eſt:erit
q; reſpublica mille aliis nũc ferro:nunc morbo moriẽtibus:meo unius funere elata populi ro. reſpu. eſſet?
uoſipſi hic in Hiſpania patre:& patruo meo:duob⁹ impatoribus interfectis. Septimũ Martiũ ducem uo
bis aduerſus exultantes recẽti uictoria pœnos delegiſtis:& ſic loquor:tanq̃ ſine duce Hiſpaniæ futuræ fue
rint. M. Syllanus eodem iure eodem ĩperio mecũ in ꝓuinciam miſſus. L. Scipio frater meus:& . C. Lælli⁹
legati uindices maieſtatis imperii deeſſent?utrũ exercitus exercitui:an duces ducibus:an dignitas:an cauſa
comparari poterat?qbus ſi omnibus ſupiores eſſetis:arma contra patriam:contra ciues ueſtros ferretis?
Africam Italiæ Cathaginẽ ubi Romæ imperare uelletis?quá obnoxam patriæ? Coriolanum quõdam
dãnatio iniuſta:miſeꝝ & indignũ exilium:ut iret ad oppugnádam patriá:impulit:reuocauit tamẽ a pu-
blico patricidio priuata pietas:uos:q dolor:quæ ira incitauit?ſtipẽdiũ ne dieb⁹ paucis imperatore ægro
ſeruus numeratũ ſatis digna cauſa fuit:cur patriæ indiceretis bellũ?cur ad illergetes deſciſceretis a Po. Ro.
Cur nihil diuinaꝝ humanarũue reꝝ ĩuiolatum uobis eſſet? Inſaniſtis ꝓfecto milites:nec maior in corp⁹
meum uis morbi:quá in ueſtras mentes inuaſit. Horret aĩus referre:quid crediderint homines:quid ſpera
uerint:quid optauerint:auferat omnia irrita obliuio:ſi poteſt:ſi non:utcũq; ſilentium tegat. Nõ negauerĩ
triſtem:atrocẽq; uobis uiſam orationem meam. Quanto creditis facta ueſtra atrociora eſſe:quam dicta
mea? & me quod feciſtis:pati equũ cenſetis uos ne dici quidem omnia æquo aĩo feretis?ſed ne ea qdẽ ipſa
ultra exprobrabunť. Vtinam tam facile uos obliuiſcamini eorum:quá ego obliuiſcar. Itaq; qđ ad uos
uniuerſos attinet:ſi erroris pœnitet:ſatis ſuperq; pœnarum habeo. Albius Calenus:& Actius Vmbrius:
& cæteri nefariæ ſeditionis auctores ſanguine luent:quod admiſerunt:uobis ſupplicii eoꝝ ſpectaculum:
non modo nõ acerbum:ſed lætum etiam ſi ſana mens rediit:debet eſſe. De nullis. n. quam de uobis infe-

De ſeditionis auctoribus ſumitur ſuppliciũ

ſtius aut inimicius conſuluerunt. Vix finẽ dicendi fecerat:cum ex p̄parato ſimul oĩum terror oculis auri-
buſq; eſt effuſus. Exercitus qui corona concionẽ circũdederat:gladiis ad ſcuta cõcrepuit. Præconis audita
uox citantis noĩa dánatoꝝ in cõcilio. Nudi in medium ꝓtrahebanť:& ſimul oĩs apparatus ſupplicii ex-
promebať. Deligati ad palum:uirgiſq; cæſi:& ſecuri ꝑcuſſi:adeo torpẽtibus metu:qui aderát: ut nõ mo
do ferocior uox aduerſus atrocitatem pœnæ:ſed ne gemitus quidẽ exaudireť. Tracti inde de medio oẽs:
purgatoq; loco citari milites noĩatim apud tribunos militum ĩ uerba. P. Scipionis iurauerũt: ſtipẽdiũq;
ad nomẽ ſingulis p̄ſolutũ eſt. Hunc finẽ exitũq; ſeditio militũ cœpta apud Sucronẽ habuit. Per idẽ tẽpus
ad Betim fluuiũ Hanno p̄fectus a Magone miſſus a Gadib⁹ cum parua manu afroꝝ mercede hiſpanos
ſollicitando ad quattuor millia iuuenũ armauit. Caſtris deinde exutus ab. L. Martio maxima p̄te militũ
ĩter tumultũ captoꝝ caſtroꝝ:qbuſdá & ĩ fuga amiſſis:palatos p̄ſequẽte equite:cũ paucis ipſe effugit. Dũ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hæc ad Betim fluuium geruntᷣ. Lællius interim freto in Oceanū euectus ad Carteiā claſſe acceſſit. Vrbs ea
in ora Oceani ſita eſt: ubi primū e faucibꝰ anguſtis panditᷣ mare Gadis ſine certamīe ꝑ deditionē recipien
di ultro: qui eam rem pollicerētur: in caſtra romana uenientibus ſpes ſicut ante dictū eſt: fuerat. Sed pate
facta imatura ꝓditio eſt. Comp̄henſoſqꝫ oēs Mago Adherbali p̄tori Carthaginē deuehēdos tradit. Adher
bal coniuratis in quiqueremē impoſitis: p̄miſſaqꝫ ea: quia tardior quā triremis erat: ipſe cum octo trire
mibus modico īteruallo ſequitᷣ: iā fretum īrabat quinqueremis: cū Lælliꝰ & in ipſe quinqueremi ex por
tu Carteiæ ſequētibꝰ ſeptē triremibꝰ euectus in Adherbalem: ac triremes inuehitur: quīqueremē ſatis cre
dens dep̄hēſam rapido in freto in aduerſum æſtum reciprocari nō poſſe. Pœnus ī re ſubita parum ꝑ īcer
tus trepidauit: utrū qnqueremē ſequeretᷣ: an in hoſtis roſtra cōuerteret: ipſa cōctatio facultatē detrectādæ
pugnæ ademit. Iam. n. ſub icto teli erant: & undiqꝫ inſtabāt hoſtes. Aeſtus quoqꝫ arbitriū moderandi na
ues ademerat: neqꝫ erat nauali pugnæ ſimilis: qppe ubi nihil uoluntarium: nihil artis: aut cōſilii eſſet: una
natura freti æſtuſqꝫ totius certaminis potēs ſuis alieniſqꝫ nauibꝰ: ne quicq̄ remigio in cōtrarium tendētes
inuehebat: ut fugientē nauē uideres retro uertice intortā uictricibꝰ illatā: & ſequētem ſi in cōtrarium tra
ctum īcidiſſet maris fugiētis modo ſeſe auertentē. Iam ī ipſa pugna nec cum īfeſto roſtro peteret hoſtium
nauē: obliqua ipſam ictum alterius roſtri accipiebat. Illa cum trāſuerſa obiiceretᷣ hoſti: repēte intorta ī ꝓ
ram circunagebatᷣ. Cum īter triremes fortuna regēte anceps p̄lium miſceretᷣ qnqueremis romana ſeu pō
dere tenacior: ſeu pluribus remoꝝ ordinibꝰ ſcindētibus uertices: cum facilius regeretᷣ: duas triremes ſup
preſſit: unius p̄lata impetu lateris alterius remos deterſit: cæteraſqꝫ: quas adepta eſſet: mulctaſſet: ni cum re
liquis qnqꝫ nauibus Adherbal uelis in Africā trāſmiſiſſet. Lællius uictor Carteiā reuectus auditis: q̄ acta
Gadibus erant: patefactā ꝓditionē cōiuratoſqꝫ miſſos Carthaginē: ſpem ad irritū redactā: qua ueniſſent:
nunciis ad. L. Martiū miſſis: niſi terrere fruſtra tp̄s ſedēdo ad Gades uellēt: redeundū ad impatorem eſſe:
aſſentiēte Martio: paucos poſt dies ambo Carthaginem rediere. Ad quoꝝ diſceſſum nō reſpirauit modo
mago: cū terra mariqꝫ ancipiti metu urgeretᷣ: ſed ēt audita rebellione illergetū: ſpē recuperādæ Hiſpaniæ na
ctus nuncios Carthaginē ad ſenatū mittit: q ſimul ſeditionē ciuilē in caſtris romanis: ſimul defectionē ſo
cioꝝ in maius uerbis extollentes hortarentᷣ: ut auxilia mitterent: qbus traditum a patribus imperiū repe
ti poſſet. Mādonius & Indibilis in fines regreſſi pauliſper dum quidnā de ſeditiōe ſtatueretᷣ: ſcirent: ſuſpēſi
q̄euerunt: ſi ciuium errori ignoſceretᷣ: nō diffidētes ſibi quoqꝫ ignoſci poſſe. Poſteaq̄ uulgata eſt atrocitas
ſupplicii: ſuā quoqꝫ noxā pœna pari æſtimatā rati: uocatis rurſus ad arma populatibus: cōtractiſqꝫ etiā q̄
ante habuerāt: auxiliis: in ſedetanum agrum: ubi principio defectionis ſtatiua habuerant: cum. xxv. mil
libus peditum: duobꝰ millibus eqtum & qngentis tranſcenderunt. Scipio cum fide ſoluendi pariter om
nibus noxiis innoxiiſqꝫ ſtipendii: uultu ac ſermone in oībus placato: facile recōciliatis militum animis
priuſquā caſtra a Carthagine moueret: cōcione aduocata: multis uerbis in p̄fidiam rebellantiū reguloꝝ ī
uectus: nequaq̄ eodem aīo ſe ire ꝓfeſſus eſt ad uindicādum id ſcelus: quo ciuilem errorē nuper ſanauerit.
Tum ſe haud ſecus: q̄ uiſcera ſecantem ſua: cum gemitu: & lachrymis triginta hominum capitibꝰ expiaſ
ſe octo millium ſeu imprudentiam: ſeu noxam: nunc læto: & erecto animo ad cædem Illergetum ire. Nō
eni eos neqꝫ natos in eadē terra: nec ulla ſecū ſocietate iunctos eſſe eam: quæ ſola fuerat fidē atqꝫ amicitiam
ipſos ꝑ ſcelus rupiſſe: in exercitu ſuo ſe præterq̄ quod oēs ciues: ſeu ſocios. Latiniqꝫ noīs uideat: ēt eo mo
ueri: qđ nemo fere ſit miles: q non ex Italia: aut a patruo ſuo. Gn. Scipione: q primus romani nominis ī
eam ꝓuinciā uenerit: aut a patre conſule: aut a ſcip̄o ſit ex Italia aduectus: Scipionū nominum auſpiciiſqꝫ
oīs aſſuetos: quos ſecum in patriā ad meritum triūphum deducere uelit: quos conſulatum petēti uelut ſi
oīum cōmunis agatᷣ honos: affuturos ſperet. Quoad expeditionē attineat: quæ inſtet īmemorem eſſe reꝝ
ſuaꝝ: geſtaꝝ qui bellum id ducat. Magonis hercule ſibi q extra orbem terraꝝ in circunſuſam Oceano in
ſulam cum paucis perfugerit nauibus: maiorem curam eſſe quam illergetum: quippe illic & ducemꝰ car
thaginenſem & quātumcūqꝫ punicum p̄ſidium eſſe: hic latrones latronūqꝫ duces: quibus ut ad populan
dos finitimoꝝ agros: tectaqꝫ urenda: & rapienda pecora aliqua uis ſit: ita in acie ac ſignis collatis nullam
eſſe: magis uelocitate ad fugam: quam armis fr̄etos pugnaturos eſſe. Itaqꝫ non quod ullum inde pericu
lum aut ſemen maioris belli uideat: ideo ſeſe: priuſquā prouincia decedat: opprimendos Illergetes duxiſ
ſe: ſed primum ne impunita tam ſcelerata defectio eſſet: deinde nequis in prouincia ſimul uirtute tanta &
felicitate perdomita relictus hoſtis dici poſſit: proinde deis iuuantibus ſequerentur nō tam ad bellum ge
rendum: neqꝫ enim cum pari hoſte certamen eſſe: quam ad expetēdas ab hominibus ſceleſtis pœnas. Ab
hac oratione dimiſſos ad iter ſe comparare in diem poſterum iubet: profectuſqꝫ decimis caſtris peruenit
ad Iberum flumen. Inde ſuperato amne die quarto in conſpectu hoſtium poſuit caſtra: campus autē mō
tibus circūſpectus erat. In eam uallem Scipio: cum pecora rapta plæraqꝫ ex ipſorum hoſtium agris pro
pelli ad irritandam ferocitatem barbarorum iuſſiſſet: uelites ſubſidio miſit: a quibus ubi per procurſato
res commiſſa pugna eſſet Lællium cum equitatu impetum ex occulto facere iubet: mons opportune pro
minens equitum inſidias texit: nec ulla mora pugnæ facta eſt. Hiſpani in conſpecta procul pecora: ueli
tes in hiſpanos præda occupatos incurrere primo miſſilibus territauere: deinde miſſis leuibus tælis: quæ
irritare magis: quam decernere pugnam poterant gladios nudant: & collato pede res cœpta geri eſt. An
ceps pedeſtre certamen erat: niſi equites ſuperueniſſent: neqꝫ ex aduerſo tantum illati obuios obtriuere: ſed
circunuecti etiam quidam per infima cliui ab tergo ſe: ut plæroſqꝫ intercluderent: obiecerunt: maiorqꝫ
cædes fuit: quam quantam ædere læuia per excurſiones prælia ſolent. Ira magis accenſa aduerſo prælio

Carteia q̄ olim & tartheſſus

Atť. Pugnā naualē in freto gaditano

Scipiōis ad bellū ꝓfecturi adhortatio

barbaris eſt:q̃ imminuti animi. Itaqꝫ ne pulſi uiderent̃: prima luce poſtero die in aciem ꝓceſſere: nõ capie
bat omnes copias anguſta (ſicut ante dictum eſt) uallis duæ ferme peditum partes & oĩs equitatus in aciẽ
deſcendit: qđ reliquũ peditum erat: obliquo cõſtituerunt colle. Scipio pro ſe eſſe loci anguſtias ratus: &
Hiſpano- qđ in arcto pugna romano aptior: q̃ hiſpano militi futura uidebat̃: & qđ in eum locum detracta hoſti-
rũ cædes um acies eſſet: q non oẽm multitudinem eoꝝ caperet: nouo ẽt conſilio adiecit aĩum: equitẽ nec poſſe cir-
cundare cornibus in tam anguſto ſpatio: & hoſti quẽ cum pedite eduxiſſet inutilem fore. Itaqꝫ imperat
Lællio ut ꝑ colles quá occultiſſimo itinere circũducat equites ſegregetqꝫ: quãtum poſſit: equeſtrẽ a ꝑede-
ſtri pugna ipſe oĩa ſigna peditũ in hoſtes uertit: quattuor cohortes in frõte ſtatuit: quia latius pandere aciẽ
non poterat: moram pugnandi nullam fecit: ut ipſo certamine auerteret a conſpectu tranſeuntium ꝑ col-
les equitum: neqꝫ ante circũductos ſenſere: q̃ tumultũ equeſtris pugnæ a tergo accepere. Ita duo diuerſa ꝑ-
lia erant: duæ peditum acies: duo eq̃tatus ꝑ longitudinem campi: quia miſceri ex genere utroqꝫ prælium
anguſtiæ nõ patiebant̃: pugnabant. Hiſpanoꝝ cum neqꝫ pedes equiti: neqꝫ eques pediti auxilio eſſet: pe-
des fiducia equitis temere cõmiſſus campo cæderetur: eques circũuentus nec peditẽ a fronte (iam. n. ſtratæ
pedeſtres copiæ erant) nec ab tergo equitem ſuſtinere: & ipſi: cum diu in orbem ſeſe ſtãtibus equis defen-
diſſent: ad unũ omnes cæſi: ſunt: nec quiſquá peditum equitũue ſuperfuit: q in ualle pugnauerunt: tertia
pars: quæ in colle ad ſpectaculum magis tutum quam ad partẽ pugnæ capeſſendam ſteterat: & locũ & tẽ
pus ad fugiẽdum habuit. Inter eos & reguli ipſi fugerunt: priuſquá tota circũueniret̃ acies inter tumultũ
elapſi. Caſtra eodem die hiſpanoꝝ præter cæteram prædam cum tribus ferme millibus hoĩum capiunt̃.
Romani ſociiqꝫ ad mille. cc. eo ꝓlio ceciderunt: uulnerata amplius tria millia hoĩum: minus cruenta ui-
ctoria fuiſſet: ſi patentiore campo: & ad fugam capeſſendam facili foret pugnatum. Indibilis: abiectis bel
li conſiliis: nihil tutius in afflictis rebus experta fide & clæmentia Scipionis ratus Mandonium fratrem
ad eum mittit: q aduolutus genibus fatalem rabiẽ temporis eius accuſat: cũ uelut contagione quadam pe-
ſtifera nõ illergetes modo & lacetani: ſed caſtra quoqꝫ romana inſanierint: ſuam: q̄dem & fratres & reli-
quoꝝ popularium eam conditionẽ eſſe: ut. aut ſi ita uideatur reddant ſpiritum proconſuli. P. Scipioni
ab eodem illo acceptũ: aut ſeruati bis uni debitam uitá pro eo in ꝑpetum deuoueant: antea in cá ſua fidu-
ciam ſibi fuiſſe nondũ experta clæmẽtia eius nunc cõtra nullam in cá: oẽm in miſericordia uictoris ſpem
poſitam habere. Mos uetuſtus erat romanis: cum quo nec fœdere nec æquis legibus iungerẽtur amicitia:
nõ prius imperio in eum tanquá pacatũ uti: q̃ oĩa diuĩa humanaqꝫ dediſſet: & obſides accepti: arma adẽ
Attur. ue pta: præſidia urbibus impoſita forẽt. Scipio multis inuectus in ꝓſentem Mandonium: abſentẽqꝫ Indibi-
terem ro. lem uerbis: illos q̄dem merito periſſe ipſoꝝ maleficio ait: uicturos ſuo atqꝫ populi romani beneficio: cæ-
morem terum ſe neqꝫ arma iis ademptuꝝ: quippe ea pignora timentium rebellionẽ eſſe ſe libere arma relinquere:
iniungen ſolutoſqꝫ metu aĩos: neqꝫ ſe in obſides ĩnoxios: ſed in ipſos: ſi defecerint ſæuituꝝ nec ab inermi: ſed ab ar-
da amici- mato hoſte pœnas expetituꝝ: utranqꝫ fortunam exꝑtis permittere ſeſe: utrũ propitios. an iratos habere ro
tia manos mallent. Ita dimiſſus Mandonius: pecunia tantũmodo ĩperata: ex qua ſtipẽdium militi præſtari
poſſet. Ipſe Martio in ulteriorẽ Hiſpauiam præmiſſo. Syllano Tarraconẽ remiſſo: paucos moratus dies
dum imperatam pecuniam illergetes pernumerarent: cum expeditis Martiũ iam appropinquantẽ Occea
no aſſeq̄tur. Ideo inchoata res ante de maſiniſſa aliis atqꝫ aliis de cauſis dilata erat: quod numida cũ ipſo
utiqꝫ congredi Scipione uolebat: atqꝫ eiuſdem dextra fidem ſancire: ea tum itineris tam lõgi ac tam deuii
cá Scipioni fuit. Maſiniſſa cum Gadibus eſſet: certior aduentare eum a Martio factus: cauſ ndo corrũpi
equos in inſula incluſos: penuriáqꝫ oĩum rerum: & facere cæteris: & ipſos ſentire: ad hæc equitem marce-
ſcere deſidia ꝓpulit: ut ſe traiicere in continẽtem ad populandos proximos Hiſpaniæ agros pateretur. Pro
greſſus tres principes numidarum præmittit ad tempus locũqꝫ colloquio ſtatuendum: duos pro obſidi-
bus retineri a Scipione iubet: & remiſſo tertio: qui: quo iuſſus erat: adduceret Maſiniſſam: cum paucis ĩ
colloquium uenerunt. Cæperat iam ante numidam ex fama rerum geſtarũ admiratio uiri: ſubſtituerat qꝫ
animo ſpeciem quoqꝫ corporis amplam ac magnificam: cæterum maior præſentis ueneratio cepit: & ꝓ-
terquam quod ſuapte natura multa maieſtas inerat: adornabat promiſſa cæſaries: habituſqꝫ corporis nõ
cultus mundiciis: ſed uirilis uere ac militaris: & ætas erat in medio uirium robore: quod plenius nitiduſ
que ex morbo uelut renouatus flos iuuente faciebat. Prope attonitus ipſo congreſſu numida gratias de
fratris filio remiſſo agit: ex eo tempore affirmat eam ſe quæſiſſe occaſionem: q̃ tandẽ oblatam deum im-
mortalium beneficio non omiſerit: cupere ſe illi populoqꝫ romano operam nauare. Ita ut nemo unus ex
ternus magis enixe adiuuerit rem romanam: id ſe etiam: ſi iampridem uellet: minus præſtare in Hiſpania
aliena atqꝫ ignota terra potuiſſe: in qua autem genitus educatuſqꝫ in ſpem paterni regni eſſet facile præſta-
turum: ſi quidem eundem Scipionem ducem in Africá mittant romani: ſatis ſperare per breuis æui Car-
thaginem eſſe Lætus cum Scipio uidit audiuitqꝫ: cum caput rerum in omni hoſtium equitatu Maſiniſ-
ſam fuiſſe ſciret: & ipſe iuuenis ſpecimen animi præ ſe ferret. Fide data acceptaqꝫ profectus retro Tarraco
nem eſt. Maſiniſſa permiſſu romanorum: ne ſine cauſa traieciſſe in continentem uideretur: populatus ꝓ-
ximos agros Gades rediit. Magoni deſperatis in Hiſpania rebus: in quarum ſpem ſeditio primum mili-
taris: deinde defectio Indibilis animos eius ſuſtulerant: paranti traiicere in Africam nunciatũ ac Carthagi
ne ẽ: iubere ſanatũ ut claſſem: q̃ Gadibus haberet ĩ Italiá traiiceret: cõductaqꝫ ibi galoꝝ atqꝫ ligurum: q̄ta
maxima Poſſet iuuentute: coniungeret ſe Annibali: neu ſeneſcere bellum maximo impetu maiore fortu-
na cœptum fineret. Ad eam rem & a Carthagine pecunia Magoni aduecta eſt: & ipſe: q̄tũ potuit a gadita-

niſ exegit nõ ærario modo eoꝝ:ſed ẽt tẽplis ſpoliatis:& priuatim cibus coactis:auꝝ argẽtũq; ĩ publicũ
conferre. Cũ præterueherẽt Hiſpaniæ orã: haud ꝓcul Carthagine noua:expoſitis in terrã militibus ꝓ-
ximos depopulatus agros:inde ad urbẽ claſſem appulit:ibi cũ interdiu milites in nauibus tenuiſſet: no-
cte in littus expoſitos ad partem eam muri:qua capta Carthago a romanis fuerat:ducit nec præſidio ſa-
tis ualido orbẽ teneri ratus:& aliquos oppidanoꝝ ad ſpem nouandi res aliqd moturos. Cæteꝝ nũcii ex
agris trepidi ſimul populationẽ agreſtiũq; fugam:& hoſtium aduẽtũ attulerãt:& uiſa ĩterdiu claſſis erat
nec ſine cã erectã ante urbẽ apparebat. Itaq; inſtructi armatis ĩtra portã ad ſtagnũ ac mare uerſam contine-
bãtur:ubi effuſi hoſtes mixta ĩter milites nauali turma ad muros tumultu maiore:ꝙ ui ſubierunt: pateſa- Hoſtium
cta repẽte:porta romani cũ clamore erũpunt:turbatoſq; hoſtes & ad primũ ĩcurſum cõiectũq; teloꝝ auer- cædes cir
ſos uſq; ad littus cũ multa cæde ꝑſequunt:necniſi naues littori appulſæ trepidos accepiſſent: ſupfuiſſent ca cartha-
fugæ ac pugnæ quiſquã. In ipſis quoq; trepidatũ nauibꝰ eſt:dum ne hoſtes cum ſuis ſimul irrũperẽt: tra- ginem
hunt ſcalas oraſq;:& anchoras:ne in moliẽdo mora eſſet:ꝑcidunt:multiq; ad natãtes nauibus incerto præ
tenebris qd aut peterẽt:aut uitarent:fœde ĩterierũt. Poſtero die cum claſſis ĩde retro ad Oceanũ unde uene-
rat:fugiſſet:ad octingẽtos hoĩes cæſi inter muꝝ littuſq; ad duo millia armatoꝝ ĩuenta. Mago cũ Gades
repetiſſet:excluſus inde ad Cimbim (haud ꝓcul a Gadibus is locus abeſt) claſſe appulſa mittendis legatis:
querẽdoq; qđ portæ ſibi ſocio atq; amico clauſæ forẽt:purgãtibꝰ iis multitudinis cõcurſu facto infeſte
ob direpta quædã abſcõdentibus naues militibus ad colloquiũ Sufeces eoꝝ:q ſummus pœnis eſt magi-
ſtratus:cum q̃ſtore elicuit laceratoſq; uerberibꝰ cruci affigi iuſſit:de nauibꝰ ad pityuſam inſulam centum
millia ferme a cõtinẽti (pœni tum eã incolebãt) traiecit. Itaq; claſſis bona cũ pace accepta eſt:nec cõmeatꝰ
modo benigne præbiti:ſed in ſupplemẽtum claſſis:iuuentus:armaq; data:quoꝝ fiducia pœnus in Balea-
res inſulas:qnquaginta millia abſunt trãſmiſit. Duæ ſunt Baleares inſulæ:altera maior atq; opulẽtior ar- Baleares
mis uiriſq;:& portum habet:ubi cõmode hybernatoꝝ ſe (& iam extremũ autũni erat) credebat cæterum
haud ſecus:quã ſi romani eam inſulã incolerent:hoſtiliter claſſi occurſum eſt. Fundis ut nunc plurimũ:
ita tunc ſolo eo telo utebant:nec qſquã alterius gentis unus tãtum ea arte:quãtum inter oẽs alios baleares
excellunt:itaq; tãta uis lapidum:creberrimæ grandinis modo in ꝓpinquãtem iam claſſem terræ effuſa
eſt:ut intrare portum nõ auſi auerterent in altum naues. In minorẽ inde Balearium inſulam traiecerũt fer-
tilem agro: uiris armis haud æque ualidã. Itaq; egreſſi nauibus ſupra portũ loco munito caſtra locãt:
ac ſine certamine urbe agroq; potiti duobꝰ millibꝰ auxiliarium inde cõſcriptis miſſiſq; Carthaginem ad
hybernandum naues ſubduxerunt:poſt Magonis ab Oceani ora diſceſſum gaditani romanis deduntur. Gaditani
Hæc in Hiſpania. P. Scipionis ductu auſpicioq; geſta:ipſe. L. Lentulo:&. L. Manlio Accidino ꝓuin- Romãis
cia tradita:cũ decẽ nauibꝰ Romã rediit:& ſenatu extra urbẽ dato in æde Bellonæ: quas res in Hiſpania deduntur
geſſiſſet:diſſeruit:quotiens ſignis collatis dimicaſſet:quot oppida ex hoſtibꝰ ui cepiſſet:quas gentes in di- Scipio ro
tionem populi romani redegiſſet aduerſus quattuor ſe imperatores:quattuor uictores exercitus in Hiſpa- mam re-
niam iuiſſe:neminem carthaginẽſem in iis terris reliquiſſe. Ob has res geſtas magis eſt tẽptata triumphi greſſus
ſpes quam petita ꝑtinaciter:qa neminem ad eam diem triumphaſſe.q ſine magiſtratu res geſſiſſet. conſta-
bat. Senatu miſſo urbẽ eſt ingreſſus:argentiq; præ ſe tulit in ærariũ quattuordecim millia põdo. ccc. xl.
duo & ſignati magnum numeꝝ. Comitia inde creandis conſulibus habuit. L. Veturius Philo: cẽturiæq;
omnes ingenti fauore. P. Scipionem conſulem dixerunt: Collega additur ei. P. Licinius Craſſus pontifex
Maxi. cæterum comitia maiore:quam ulla ꝑ id bellum celebrata frequentia ꝓditum memoriæ eſt: con-
uenerant undiq; non ſuffragandi modo:ſed etiam ſpectandi cauſa. P. Scipionis: concurrebatq; & domũ
frequẽtes:& in capitolium ad ĩmolantẽ eum cũ cẽtum bobus uotis in Hiſpania Ioui ſacrificaret:ſponde-
bantq; aĩs:ſicut. C. Luctatius ſuperius bellũ finiſſet punicũ:ita id qđ inſtaret. P. Corneliũ finituꝝ atq; ut
Hiſpania omni pœnos expuliſſet. Sic Italia pulſuꝝ eſſe. Africãq; ei perinde ac ſi debellatum in Italia foret
ꝓuinciam deſtinabãt:ꝑtoria inde comitia habita:creati duo:qui tum ædiles plebis erant. Sp. Lucretius:
&. Gn. Octauius:& ex priuatis. G. Seruilius Cepio:&. L. Aemylius Pappus. Quartodecimo anno pu-
nici belli. P. Cornelius Scipio:&. P. Licinius Craſſus ut conſulatum inierunt nominatæ conſulibus pro-
uinciæ ſunt: Sicilia Scipioni extra ſortem concedẽte collega:quia ſacroꝝ cura pontificẽ maximum in Ita- Scipio &
lia retinebat:brutii Craſſo. Tum prætoriæ ꝓuinciæ in ſortẽ coniectæ:urbana. Gn. Seruilio obtigit: Ar- P. Liciniꝰ
minium ita Galliam appellabant. Sp. Lucretio: Sicilia. L. Aemylio. Gn. Octauio Sardinia: Senatus in ca-
pitolio habitus. Ibi referente. P. Scipione ſenatuſconſultum factum eſt:ut quos ludos inter ſeditionẽ mi-
litarem in Hiſpania uouiſſet:ex ea pecunia:quam ipſe in ærarium detuliſſet:faceret. Tum ſaguntinorũ le-
gatos in ſenatũ ĩtroduxit:ex eis maximus natu. Et ſi nihil ultra maloꝝ eſt. P. C. quã qđ paſſi ſumus: ut
ad ultimũ fidẽ uobis ꝑſtaremus:tamẽ ea ueſtra merita imꝑatorũq; ueſtroꝝ erga nos fuerunt:ut nos cla-
dium noſtraꝝ non pœniteat:bellũ pp nos ſuſcepiſtis:ſuſceptũq; quartũdecimũ annũ tã ꝑtinaciter geritis:
ut ſæpe ad ultimũ diſcrimen & ipſi ueneritis:& populũ carthaginenſem adduxeritis. Cum in Italia tam
atrox bellũ:& Annibalẽ hoſtẽ haberetis:cõſules cũ exercitu ĩ Hiſpaniã uelut ad colligendas reliquias nau-
fragii noſtri miſiſtis. P. &. G. Cornelii:ex quo in ꝓuinciã uenerũt:nullo tpe deſtiterũt quæ nobis ſecun-
da:quæq; aduerſa hoſtibus noſtris eſſent:facere iam oĩum primũ oppidum nobis reſtituerunt: ꝑ omnẽ
Hiſpaniam ciues noſtros uænũdatos:dimiſſos:qui cõquirerẽt:ex ſeruitute in libertatem reſtituerunt cum
iam ppe eſſet:ut optabilem eam ex miſerrima fortunã haberemus. P. &. Gn. Cornelii imperatores ueſtri
luctuoſius nobis prope.ꝙ uobis perierunt:tum uero ad hoc retracti ex diſtãtibus locis in ſedem antiquã

uidebamur:ut iteꝝ pirem⁹: & alteꝝ excidium patriæ uideremus:nec ad ꝑnitiē noſtrā carthaginenſi utiqꝫ
aut duce:aut ex rcitu opus eſſe:ab turdetanis ueterrimis hoſtibus:qui prioris quoqꝫ excidii cauſa nobis
fuerant extingui poſſe:cū ex inſperato repente miſiſtis nobis hunc.P.Scipionē:quē fortunatiſſimi ciūm
Sagunti- ſaguntinoꝝ uidemur:quia cōſulē declaratum uidemus:ac uidiſſe nos:ciuibus noſtris renūciaturi ſum⁹
norū oro ſpem:opē:ſalutēqꝫ noſtrā:q cum plurias hoſtiū ueſtroꝝ cepiſſet urbes ubiqꝫ ex captoꝝ numero exceptos
ad ſenatū ſaguntinos in patriā remiſi.Poſtremo Tudertaniā adeo infeſtā nobis ut illa gente incolumi ſtare Sagun-
tum nō poſſet:ita bello afflixit:ut nō modo nobis( abſit uerbo inuidia )ne poſteris qdē timēda noſtris eſ-
ſet:deletā urbē cernimus eoꝝ:quoꝝ in gratiā Saguntum deleuerat Annibal:uectigal ex agro eoꝝ capim⁹
qđ nobis nō fructu iucūdius eſt:ꝗ ultione ob hæc:quib⁹ maiora nec ſperare:nec optare ab diis īmortali-
bus poteramus gratias actū.x.legatos nos ſaguntinus ſenatus populuſqꝫ ad uos miſit:ſimul ,gratulatum
qđ ita res ꝑ hos ānos in Hiſpania:atqꝫ in Italia geſiſtis:ut Hſpaniā non Ibero amne tenus ſed qua terrarū
ultimas finit Oceanus domitā armis habeatis.Italiæ niſi quatenus uallū caſtroꝝ cingit:nihil reliqueretis
pœno Ioui Optimo Maximo ꝑſidi capitolinæ arcis nō grates tātum ob hoc agere iuſſi ſumus:ſed donū
hoc ēt ſi uos ꝑmitteretis:coronā aureā in capitolium uictoriæ ergo ferre id uti ꝑmittatis:ꝗſumus:utiqꝫ ſi
uobis ita uideret̃:ꝗ nobis impatores ueſtri cōmoda tribuerunt:ea rata atqꝫ ꝑpetua auctoritate ueſtra facia
tis:ſenatus legatis ſaguntinis reſpōdit & dirutū ac reſtitutū ſaguntū fidei ſocialis utriqꝫ ſeruatæ documētū
oībus gentib⁹ fore ſuos īperatores recte:& ordine ex uolūtate ſenatus feciſſe qđ Saguntū reſtituerint:ciueſ
qꝫ Sagūtinos ſeruitio exemerint:quæqꝫ alia eis benignæ fecerint:ea ſenatū ita uoluiſſe fieri:domū ꝑmitte
ut in capitolio ponerēt:locus inde lautiaqꝫ legatis præberi iuſſa & muneris ergo ī ſingulos dari nemin⁹
dena millia æris.Legatiōes deinde cæteræ in ſenatum roma.ītroductæ auditæqꝫ:& petētibus ſaguntinis:
ut quatenus tuto poſſent.Italiam ſpectatum irent:duces dati:litteræqꝫ ꝑ oppida miſſæ ut hiſpanos comi-
ter acciperēt:tum de rep.de exercitibus ſcribēdis:de ꝓuinciis relatum:cum Africam nouam ꝓuinciam ex
tra ſortem.P.Scipioni deſtinari hoīes fama ferrent:& ipſe nulla iam modica gloria contētus non ad ge-
rendum modo bellum:ſed ad finiēdum diceret ſe cōſulem declaratum eſſe:neqꝫ aliter id fieri poſſe:ꝗ ſi ipſe
in Africā exercitum trāſportaret:& actuꝝ ſe id ꝑ populum apte foret:ſi ſenatus aduerſaret̃:idqꝫ conſilium
haud quaquā primoribus patrum cōſcriptoꝝ placeret cæteriqꝫ per metum aut ambitionem muſſarent.
Fabii ma Qu.Fabius Maximus rogatus ſentētiam.Scio:inquit:multis ueſtrum uideri.P.C.rem actam hodierno
xi.oro die agi:& fruſtra habiturum orationem:q tanꝗ de integra re de Africa ꝓuincia ſnīam dixerit.Ego autem
primum illud ignoro:quēadmodum certa iam prouincia Africa conſulis uiri fortis ac ſtrenui ſit:quam
nec ſe natus cenſuit in hunc ānum:ꝓuinciam eſſe:nec poculus iuſſit deinde:ſi eſt:conſulem peccare arbi-
tror:qui de re tranſacta ſimulando re referre ſenatum ludibrio habet:non ſenatorem:qui:de quo conſulit̃
ſuo:loco dicit ſententiam:atqꝫ ego certum habeo diſſentienti mihi ab iſta feſtinatione in Africā traiiciēdi
duaꝝ rerum ſubeundam opinionem eſſe:unius inſitæ ingenio meo cōctationis:quam metum pigritiāqꝫ
homines adoleſcentes ſane appellent:dum me non pœniteat adhuc aliorum ſpecioſiora primo aſpectu cō-
ſilia ſemꝑ uiſa:mea uſu meliora alterius:obtrectationis atqꝫ inuidiæ aduerſus creſcentem in dies gloriam
fortiſſimi conſulis:a qua ſuſpicione:ſi me neqꝫ uita acta & mores mei:neqꝫ dictatura cum quinqꝫ conſu-
latibus:tantūqꝫ gloriæ belli domiqꝫ partum uendicat:ut propius faſtidium eius ſim:ꝗ deſiderium ætas
ſaltem liberet.Quæ enim mihi æmulatio cum eo eſſe poteſt:qui ne filio quidem meo æqualis ſit:me di-
ctatorem cum uigerem adhuc uiribus & incurſu maximarum rerum eſſem:recuſantem nemo aut audi-
uit in ſenatu aut apud populum:quo minus inſectante me magiſtro equitum:quod fando nunquā ante
auditum erat:imperium equaretur meum:rebus quam uerbis aſſequi malui:ut qui aliquorum iudicio
mihi compatatus erat:ſua mox confeſſione me ſibi præferret:ne dum ego ꝑfunctus honoribus certami-
na mihi atqꝫ æmulationem cum adoleſcente florentiſſimo proponam:uidelicet ut mihi iam uiuendo nō
ſolum rebus gerendis feſſo:ſi huic negata fuerit Africa ꝓuincia decernatur:cum ea gloria:quæ parta eſt:
uiuendum atqꝫ moriendum eſt.Vincere ergo prohibui Annibalem:ut a nobis:quorum uigent nunc ui-
res:etiam uinci poſſet.Illud te mihi ignoſcere.P.Corneli æquum erit:ſi cum in me ipſo nūquā pluris fa-
mam hoīum:quā remp.fecerim:ne tuā qdem gloriam bono publico præponam quāquā ſi aut bellum
nullum in Italia:aut is hoſtis eſſet:ex quo uicto nihil gloriæ ꝗreretur:qui te in Italia retineret:& ſi id bo-
no publico facere ſimul cū bello materiam gloriæ tuæ ire ereptum uideri poſſet.Cum uero Annibal ho-
ſtis īcolumi exercitu quartumdecimum annum Italiam obſideat:pœnitebit te.P.Corneli gloriæ tuæ:ni
ſi hoſtem eum qui tot funerum tot cladium nobis cauſa fuit:tu conſul Italia expuleris:& ſicut pœnes.C.
Luctatium prioris perpetrati belli titulus fuit:ita penes te huius fuerit:niſi aut Amilcar Annibali dux eſt
Polybius preferendus:aut illud bellum huic:aut uictoria illa maior clariorqꝫ quam hæc:modo contingat:ut te cō
Ply.& ſule uciamus:futura eſt:ab drepanis atque Eryce detraxiſſe Amilcarem quam Italia expuliſſe pœnos atqꝫ
Ptole. Annibalem malis:ne tu quidem & ſi magis partam:quam ſperatam gloriam amplecteris.Hiſpania po-
Drepanū tius quam Italia bello liberata gloriatus fueris:nondum is eſt Annibal:quem non magis timuiſſe uidea-
uocant tur quam contempſiſſe:qui aliud bellum maluerit. Quin igitur ad hoc accingeris:nec per iſtos circuitus
ut cum in Africam traieceris:ſecutuꝝ te illuc Annibalem ſperes:potius quam recto hinc itinere Annibal
eſt eo bellum intendis egregiam iſtam palmam belli punici peracti peris:hoc & natura prius eſt:tua cum
defenderis aliena ire oppugnatum:pax ante in Italia quam bellum in Africa ſi :& nobis prius decedat ti-
mor:quam ultro aliis inferatur:ſi utrunque tuo ductu auſpicioque fieri poteſt Annibale huic uicto illic

carthaginem expugna:ſi alterutra uictoria nobis conſulibus relinquenda eſt:prior cum maior clarioríq;
tum cá etiá inſequentis fuerit. Nam núc qdem præterq̃ quod:& in Italia:& in Africa duos diuerſos exer-
citus alere ærarium nõ põt præterq̃ qd' unde claſſes tueamur unde cõmeatib⁹ ſufficiamus præbẽdis nihil
reliq eſt:quid periculi tandem:quantũ adeat:quẽ fallit? P. Licinius in Italia. P. Scipio bellum in Africa
geret. Quid:ſi quod oẽs dii omen auertant & dicere reformidat aĩus:ſed quæ acciderũt:accidere poſſunt:
& uictor Annibal ire ad urbem pgat:tum demũ te conſulem ex Africa:ſicut. Qu. Fuluium a Capua ac-
cerſemus? Quid quod in Africa quoq; mars cõmunis belli erit domus tibi tua pater patruuſq; ĩtra. xxx.
dies cum exercitibus cæſi documẽto ſint:ubi per aliquot annos maximis rebus terra mariq; gerendis am
pliſſimũ nomẽ apud exteras gentes populo ro. ueſtræq; familiæ fecerant:dies me deficiet:ſi reges impera-
toreſq; temere in hoſtium terras tranſgreſſos cum maximis cladibus ſuis exercituũq; ſuoꝝ enumerare ue
lim. Atheniẽſis prudẽtiſſima ciuitas:bello domi relicto auctore æque impigro atq; nobili iuuene magna
claſſe in Siciliam tranſmiſſo:una nauali pugna florentẽ remp. ſuam in perpetuum affixerunt:& externa
& nimis antiqua repeto. Africa eadem iſta:&. M. Attilius ĩſigne utriuſq; fortunæ exemplum nobis do-
cumento ſint. Ne tibi. P. Cornelii cum ex alto Africam conſpexeris:ludus:& iocus fuiſſe Hiſpaniæ tuæ
uidebuntur. Quid enim ſimile? pacato mari præter oram Italiæ Galliæq; uectus emporiis in urbem ſo-
ciorum claſſem appuliſti:& expoſitos milites per tutiſſima oĩa ad ſocios:& amicos populo ro. Tarraco
nem duxiſti:a Tarracone deinde inter præſidia romana circa Iberũ exercitus patris patruiq; tui poſt amiſ
ſos imperatores ferociores calamitate ipſa facti dux tumultuarius quidem ille. L. Martius & militari ſuf-
fragio ad tempus lectus:cæteꝝ ſi nobilitas ac iuſti honores adornarent claris imperatoribus qualibet arte
belli par:oppugnata p ſummũ otium Carthago nullo trium punicoꝝ exercitum ſocios defendente: cæte
ra neq; ea eleuo:nullo tamen modo africo bello comparanda:ubi non portus ullus claſſi noſtræ apertus
non ager pacatus:non ciuitas ſocia:non rex amicus:non conſiſtendi uſquam locus. non procedendi: qua
cunq; circũſpexeris hoſtilia omnia atq; infeſta. An Syphaci numidiſq; credis? ſatis ſit ſemel creditum non
ſemper temeritas eſt fœlix & fraus:fidem in paruis ſibi præſtruit:ut cum operæpretium ſit: cum merce-
de magna fallat. Non hoſtes patrem patruumq; tuum armis priuſq̃ celtiberi ſocii fraude circũuenerunt:
nec tibi ipſi a Magone:& Aſdrubale hoſtium ducibus:quantum ab Indibili & Mandonio in fidem acce
ptis periculi fuit. Numidis tu credere potes perfectionem militum tuorum expertus:& Syphax &. Ma-
ſiniſſa:ſe quam carthaginenſes malunt potentes in Africa eſſe. Carthaginenſes quam quem alium: nunc il
los æmulatio inter ſeſe:& omnes cauſæ certaminum acuunt quod procul externus metus eſt:oſtende ro-
mana arma:exercitum alienigenam iam uelut ad cõmune reſtinguendum incendium cõcurrerent. Aliter
iidem illi carthaginenſes Hiſpaniam defenderunt:aliter mœnia patriæ:templa deum aras:& focos defen
dent cum euntes in prælium pauida proſequetur coniunx:& parui liberi occurſabunt. Quid porro ſi ſa
tis confiſi carthaginenſes conſenſu. Africæ fide ſociorum:regum:mœnibus ſuis cum tuo exercituſq; tui
præſidio nudatam Italiam uiderint:ultro ipſi nouum exercitum in Italiam aut ex Africa miſerint aut Ma
gonem:quem a Balearibus claſſe tranſmiſſa iam præter oram ligurum alpinorum uectari conſtat: Anni
bali ſe coniungere iuſſerint? Nempe in eodem terrore erimus:in quo nuper fuimus:cum Aſdrubal in Ita
liam tranſcendit: quem tu qui non ſolum Carthaginem: ſed omnem Africam exercitu tuo es clauſu-
rus: e manibus tuis in Italiam emiſiſti. Victum a te dices: eo quidem minus uellem: & id tua non ſo-
lum reipu. cauſa iter datum uicto in Italiam eſſe. Patere nos omnia: quæ proſpera tibi:& Popu. Ro-
ma. Imperio euenere:tuo:cõſilio aſſignare aduerſa caſibus ĩcertis belli & fortunæ relegare:quo melior for-
tiorq; es:eo magis talem pæſidem ſibi patria atq; uniuerſa Italia retinet. Non potes ne ipſe quidem diſſi-
mulare ubi Annibal ſit': ibi caput: atq; arcem huius belli eſſe. Quippe qui præ te feras eam tibi cauſam
eſſe traiicendi in Africam ut Annibalem eo trahas. Siue igitur hic:ſiue illic cum Annibale eſt tibi futura
res. Vtrum ergo tandem firmior eris in Africa ſolus: an hic tuo: collegæq; tui exercitu coniunctio? Ne
Claudius quidem:& Liuius conſules tam recenti exemplo: quantum id interſit: documento ſunt? Quid
Annibalem: utrum tandem extremus angulus Brutii agri fruſtra iamdiu poſcentem ab domo auxilia:
an propinqua Carthago:& tota ſocia africa potentiorem armis uiriſq; faciet? Quod iſtud conſilium eſt
ibi male decernere:ubi tuæ dimidio minoris copiæ ſint: hoſtium multo maiores: quam ubi duobus ex
ercitibus aduerſus unum tot præliis & tam diuturna & graui militia feſſum pugnandum ſic? Quam cõ-
par conſilium tuum parentis tui conſilio ſit: reputa. Ille conſul profectus in Hiſpaniam: ut Annibali ab
alpibus deſcendenti occurreret:in Italiam de prouincia rediit:tu cum Annibal in Italia ſit:relinquere Ita-
liam paras:non quia reipublicæ id utile:ſed quia tibi id amplum & glorioſum cenſes eſſe:ſicut cum pro-
uincia & exercitu relicto ſine lege:ſine. S. C. Duabus nauibus Pop. Roma. imperator fortunam publicã
& maieſtatem imperii:quæ tum in tuo capite periclitabantur:commiſiſti. Ego. P. Cornelium. P. C. reip.
nobiſq;:non ſibi ipſi priuatim creatum conſulem exiſtimo. Exercitus ad cuſtodiam urbis atq; Italiæ ſcri
ptos eſſe:non quos regio more per ſuperbiam conſules:quo terrarum uelint:traiiciant. Cum oratione ad
tempus parata Fabius tum auctoritate & inueterata prudentiæ fama magnam partem ſenatus & ſeniores
maxime mouiſſet:pluresq; conſilium ſenis:quam animum adoleſcentia ferocem laudarent: Scipio ita lo
cutus fertur:& ipſe. Qu. Fabius principio orationis. P. C. commemorauit in ſententia ſua poſſe obtre-
ctationem ſuſpectam eſſe:cuius ego rei non tam ipſe auſim tantum uirum inſimulare: quam ea ſuſpicio
uicio orationis an rei haud ſatis purgata eſt. Sic enim honores ſuos & fama rerum geſtarum extulit uer-

Obliqua oratione Scipionẽ carpit

Rixatur Fabius nunc non orat

Perorat Fabius

bis ad extinguendum inuidiæ crimē:tanquá mihi ab infimo quoq; periculum ſit:ne mecum æmulet̃: & non ab eo q quia ſup cæteros excellas:quo me quoq; niti nō diſſimulo:me ſibi æquari nolit: ſic ſenem ſe perfunctum: & me infra ætatem filii ſui poſuit:tanquá non lōgius:quá quãtum uitæ humanæ ſpatiū

Scipiōis oratio

eſt:cupiditas gloriæ extendat̃:maximaq; pars eius in memoriam ac poſteritatem ꝓmineat. Maxio cuiq; id accidere aīo certum habeo:ut ſe nō cum ꝓſentibus modo:ſed cum oīs æui claris uiris compareτ:eqdem haud diſſimulo me tuas. Qu. Fabi laudes non aſſequi ſolū uelle ſed bona uenia tua dixerim:ſi poſſim ēt exuperare:illud nec tibi in me:nec mihi ī minoribus natis animi ſit:ut nolimus queq̄ noſtri ſimilem eua-dere ciuem:id enim nō eoꝶ modo:qbus inuidemus:ſed reip. & pæne omnis generis humani detrimen-tum ſit. Cōmemorauit quantū eſſem periculum aditurus:ſi in Africam traiicere uelim: ut meam quoq; nō ſolum & reipu. & exercitus uicem uideretur ualde ſollicitus. Vnde hæc repente de me cura exorta: cū pater patruuſq; meus interfecti cum duo exercitus eoꝶ ꝓpe occidione occiſi ſunt:cum amiſſæ Hiſpaniæ: cum quattuor exercitus pœnoꝶ quattuorq; duces:omnia metu armiſq; tenerent:cum quæſitus ad id bel-lum imperator nemo ſe oſtenderet præter me:nemo ꝓfiteri nomē auſus eſſet:cum mihi quattuor & uigi-ti annos nato detuliſſet imperium Popu. Ro. qd ita? Tunc nemo ætatem meá:uim hoſtium: difficulta-

Attur. q̄ oīa qua-drent Sci-pioni

tem belli:patris patruiq; recentem cladem cōmemorauit. Vtrum maior aliqua in Africa:nūc calamitas ac-cepta eſt:quá tunc in Hiſpania erat? an maiores nunc ſunt exercitus in Africa & duces plures melioreſq; quam tunc in Hiſpania fuerit? an ætas mea tunc maturior bello gerēdo fuit quá nunc eſt? an cum Cartha-ginenſi hoſte in Hiſpania:quá in Africa bellum geri aptius eſt. Facile eſt poſt fuſos fugatoſq; quattuor ex-ercitus punicos poſt tot urbes ui captas:aut metu ſubactas in deditionē poſt ꝑ domita oīa uſq; ad Occa-num:tot regulos:tot ſæuas gētes:poſt receptam totá Hiſpaniam:ita ut ueſtigiū belli nullum reliquum ſit eleuare meas res geſtas tam hercule quam ſi uictor ex Africa redierim ea ipſa eleuare:quæ nunc retinendi mei cauſa:ut terribilia eadem uideantur:uerbis extolluntur. Negat aditum eſſe in Africa:negat ullos pate-re portus. M. Attilium captum in Africa cōmemorat tanquá. M. Atilius primo acceſſu ad Africam of-fenderit neq; recordatur illi ipſi tam infelici imperatori patuiſſe tamen portus Africæ: & res geſtas ab eo egregias primo anno: & quantum ad carthaginēſes duces attinet:inuictum ad ultimū permanſiſſe. Nihil igitur me iſto exemplo terrueris:ſi hoc bello non priore:ſi nuper & non annis ante. xl. iſta clades accepta foret qui ego minus in Africam Regulo capto quá Scipionibus occiſis in Hiſpaniam traiicerem? Nec fe-licius Xantippum lacedæmoniū Carthagini:quá me patriæ meæ ſinerem natum eſſe:creſceretq; mihi ex eo ipſo fiducia:quod poſſit in hominis unius uirtute tantū momenti eſſe. At etiam Athenienſes audiendi ſunt:temere in Siciliam:omiſſo domi bello:tranſgreſſi. Cur ergo:quoniá græcas fabulas enarrare uacat: non Agathoclem potius ſyracuſanū regem cum diu Sicilia punico bello ureretur:tráſgreſſum in hanc eá-dem Africam:auertiſſe eo bellum:unde uenerat:refres? ſed qd ultro metum inferre hoſti: & ab ſe remoto periculo alium in diſcrimē adducere:quale ſit ueteribus externiſq; exemplis admonere opus eſt? maius ꝓ-ſentiuſue ullum exemplū eſſe: quá Annibal poteſt multū intereſt alienos populari fines an uri tuos exci-diq; uideas plus animi eſt inferenti periculum:quam propulſanti:ad hoc maior ignotarum reꝶ eſt terror bona malaq; hoſtium ex ꝓpinquo ingreſſus fines aſpicias: Non ſperauerat Annibal fore:ut tot in Italia populi ad ſe deficerent:quot defecerunt poſt cannēſem cladē:q̄to minus quiq̄ in Africa carthaginenſibus firmū:ac ſtabile infidis ſociis grauibus ac ſuperbis dominis? Ad hæc nos etiam deſerti a ſociis uiribus no-ſtris romano milite ſteimus. Carthaginēſi nihil ciuilis roboris eſt:mercede paratos milites habent afros numidaſq; leuiſſima fidei mutandæ ingenia. Hic modo nihil moræ ſit:una & traiciſſe me audietis: & ar-dere bello Africá: & mollientē hinc Annibalem: & obſideri Carthaginē. Lætiores & frequentiores ex Afri-ca expectate nūcios:q̄ ex Hiſpania accipiebatis. Has mihi ſpes ſubiicit fortuna. Populi romani dii fœde-ris ab hoſte uiolati teſtes. Syphax & Maſiniſſa reges:quoꝶ ego fidei ita innitar:ut bene tutus a perfidia ſim. Multa quæ nūc ex interuallo non apparent:bellum aperiet: & id eſt uiri & ducis non deeſſe fortunæ præbēti ſe & oblata caſu flectere ad conſilium. Habebo. Qu. Fabi parē qdem Annibalem:ſed illum poti' ego trahá:quá ille me retieat. In ſua terra cogam pugnare eum: & Carthago potius præmiū uictoriæ erit: q̄ ſemiruta brutioꝶ caſtella:ne qd interim:dum traiicio:dū expono exercitum in Africam:dum caſtra ad Carthaginē ꝓmoueo. reſpu. hic detrimēti capiat:qđ tu. Qu. Fabi:cum uictor tota Italia uolitaret Anni-bal:potuiſti præſtare. Hoc uide ne contumelioſum ſit:contuſo iam & pœne fracto Annibale negare conſu-

Pontifex maxi. nō poterat italia ab-eſſe

lem ꝓſtare uiꝶ fortiſſimū poſſe. P. Liciniū q ne a ſacris abſit pōtifex maximus:ideo in ſortē tá lōginquæ ꝓuinciæ nō uenit. Si hercule nihilo maturius hoc ego cēſeo:modo ꝓficeret̃ bellū:tamē ad dignitatē Po. Ro. famāq; apud reges genteſq; externas:ptinebat nō ad defendēdá modo Italiá:ſed ad īferenda ēt Africæ arma uideri nobis aīum eē:nō hoc credi uulgariq;:qđ Annibal auſus ſit:neminē ducē romanoꝶ audeř. Et prior punico bello tum:cū de Sicilia certaret̃:totiens Africá a nr̄is exercitibus & claſſibus oppugnatá: nūc cum de Italia certet̃. Africam pacatá eſſe. Requieſcat aliquádo tádiu uexata Italia:uratur euaſteturq; inuicē Africa. Caſtra romana potius Carthaginis portis īmineát:q̄ nos iteꝶ uallū hoſtium ex menibus nr̄is uideamus Africa ſit reliq belli ſedes. Illuc terror fugaq;:populatio agroꝶ:defectio ſocioꝶ:cæteræ bel-li clades:q in nos ꝑ. xiiii. ános ingruerūt:uertátur. Quæ ad rēpu. ptinent: & bellū:qđ inſtat: & ꝓuincias: de qbus agitur:dixiſſe ſatis eſt. Illa lōga oratio nec ad uos ptinēs ſit:ſi quēadmodum. Qu. Fabius meas res geſtas in Hiſpania eleuauit:ſic & ego cōtra gloriam eius eludere: & uerbis meam extollerē uelim Neu-trum faciam. P. C. & ſi nulla alia re:modeſtia certe: & temperamento linguæ adoleſcens ſene uicero:ita &

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

uixi: & res geſſi: ut tatitus ea opinione: quam ueſtra ſponte conceptam animis haberetis: faciſe contentus eſſem. Minus æquis animis auditus eſt Scipio: quia uulgatum erat: Si apud ſenatum non obtinuiſſet: ut ꝓuincia Africa ſibi decerneretur: ad populú extemplo latuꝝ. Itaqꝫ. Qu. Fuluius: q cóſul quater & cenſor fuerat: poſtulauit a Conſule: ut palá in ſenatu diceret. Permitteret ne patribus: ut de ꝓuinciis decernerent? ſtaturuſqꝫ eo eét: quod cenſuiſſent: an ad populú laturus? Cum Scipio reſpondiſſet: ſe quod e repu. eſſet facturum: tum Fuluius. Non ego: inquit: ignarus qd reſponſurus: facturuſue eſſes: quæſiui. Quippe cum præ te feras: téptare magis: quá cóſulere ſenatum: & ni ꝓuinciam tibi: quam uolueris: extemplo decernamus: paratam rogationé habeas. Itaqꝫ a uobis tribuni ple. poſtulo: inquit: ut ſententiam mihi uideo non dicenti: quod ſi in meá ſententiá diſcedatur: non ſit ratú habiturus cóſul auxilio ſitis. Inde altercatio orta: cum cóſul negaret: æquum eſſe Tribunos intercedere: quo minus ſuo quiſqꝫ loco ſenator rogatus ſententiam diceret Tribuni decreuerunt: ſi conſul ſenatui de ꝓuinciis permittit ſtari: eo quod ſeuatus cenſuerit: placere: nec de ea re ferri ad populú patiemur. Si nó permittit: qui de ea re ſententiá recuſabit dicere: auxilio erimus. Conſul diem ad colloquendum cú collega petiit. Poſtremo die permiſſum ſenatui é ꝓuinciæ ita decretæ. Alteri conſuli Sicilia &. xxx. roſtratæ naues quas. C. Seruilius ſuperiore anno habuiſſet: permiſſumqꝫ ut in Africam ſi id e rep. eſſe cenſeret: traiiceret. Alteri brutii & bellum cú Annibale cum eo exercitu quem. L. Veturius: &. Qu. Cecilius ſortirentur inter ſe. Compararent ue uter in brutiis duabus legióibus quas conſul reliquiſſet: rem gereret: Imperiumqꝫ in annum ei prorogaretur: cui ea prouincia eueniſſet. Et cæteris præter conſules prætoreſqꝫ qui exercitibus prouinciiſqꝫ præfuturi erant: prorogata imperia. Qu. Cecilio ſorte euenit: ut cum cóſule in brutiis aduerſum Annibalem bellum gereret. Ludi deinde Scipionis magna frequétia & fauore ſpectantiú celebrati. Legati Delphos ad domum ex præda aſdrubalis portandum miſſi. M. Pomponius Matho: &. Q. Catulus tuleruut coronam auream. cc. pódo: & ſimulacra ſpoliorum &. x. pondo argenti facti. Scipio cú ut delectum haberet: neqꝫ impetraſſet: neqꝫ magnopere tetendiſſet: ut uoluntarios ducere ſibi milites liceret: tenuit: & quia impéſe negauerát reipu. futuram claſſem ut quæ a ſociis darentur ad nouas fabricandas naues exciperet. Ethruriæ primum populi ꝓ ſuis quiſqꝫ facultatibus conſulem adiuturos polliciti. Cerites frumentum ſociis naualibus: cómeatumqꝫ omnis generis. Populonienſes ferrú. Tarquinienſes lintea ad uela. Volaterani armaméta nauium & fruméntum. Arretini. xxx. millia ſcutorú galeas totidem pila gæſſa: haſtas longas millium quinquaginta ſummam pari cuiuſqꝫ generis numero expleturos. Secures rutra falces: alueolos: molas quantú in. xl. lógas naues opus eſſet. Tritici centu m &. xx. millia mediú: & in uiaticum decurionibus: remigibuſqꝫ collaturos. Peruſini: cluſini: reſellani abietes in fabricandas naues & fruméti magnum numerum. Abiete ex publicis ſiluis eſt uſus: Vmbriæ populi & prætor hos nurſini: & reatini: & amiternini: ſabinuſqꝫ ager oís milites polliciti. Marſi: pelignii: marruciniqꝫ multi uoluntarii nomina in claſſem dederunt. Camertes cú æquo fœdere cum romanis eſſent: cohortem armatá ſexcétorum hominum miſerunt. xxx. nauium carinæ. xx. quinqueremes: decem quadriremes cum eént poſitæ: ipſe ita iſtitit operi: ut die quadrageſimoquinto: quam ex ſiluis detracta materia eſſet: naues inſtructæ armatæqꝫ in aquam deductæ ſint. Profectus in Siciliam eſt triginta nauibus longis: uoluntariorum ſeptem ferme millibus in naues impoſitis. Et. P. Licinius in brutiis ad duos conſulares uenit exercitus: ex eis cum ſibi ſumpſit: quem. L. Veturius conſul habuerat. Metello: ut quibus præfuiſſet legionibus: iis præeſſet: facilius cum aſſuetis imperio rem geſturum ratus permiſit. Et prætores diuerſi in prouincias profect: & quia pecunia ad bellum deerat: agri campani regioné ad foſſa græca ad mare uerſa uendere quæſtores iuſſi. Indicioqꝫ permiſſo: qui ager ciuis campani fuiſſet ut is publicus Populi Romani eſſet. Indici præmium conſtitutum: quantæ pecuniæ ager indicatus eſſet: pars decima &. Gn. Seruilio prætori: urbis negotium datum: ut campani ciues: ubicúqꝫ ex. S. C. Liceret: ibi habitarent: animaduerteretqꝫ in eos: qui alibi habitarent: Eadem æſtate Mago Amilcaris filius ex minore Balearium inſula: ubi hybernarat: iuuentute lecta iu claſſem impoſita in Italiam. xxx. roſtratis nauibus: & multis onerariis duodecim millia peditum: duo ferme equitum traiecit. Genuamqꝫ nullis præſidiis maritimam oram tutantibus repentino aduentu cepit. Inde ad oram ligurum alpinorúqꝫ: ſi quos ibi motus facere poſſet: claſſem appulit. Ingauni ligurum ea gens eſt: bellum ea tempeſtate gerebant cú epanteriis montanis. Igitur pœnus Sauone oppido alpino præda depoſita: &. x. longis nauibus in ſtationé ad præſidium relictis: cæteris Carthaginem miſſis ad tuendá maritimá oram: quia fama erat Scipioné eo traiecturnm eſſe: ipſe ſocietate cú ingaunis: quorú gratiá malebat cópoſita montanos inſtituit opugnare: & creſcebat in dies exercitus ad famá nois eius gallis undiqꝫ cófluentibus. Ea litteris cognita. Sp. Lucretii ne fruſtra Aſdrubale cú exercitu deleto biénio ante forent lætati: ſi par aliud: inde bellú duce tantum mutato oriretur: curam ingenté accenderút patribus. Itaqꝫ &. M. Liuium ꝓconſulé ex Ethruria uolonú exercitum admonere Ariminú iuſſerunt. Gn. Seruilio prætori negocium datú: ut ſi e repu. cenſeret eé: duas urbanas legiones: cui imperio uideretur dato: ex urbe duci iuberet. M. Valerius Leuinus Aretinu eas legiones duxit. Eiſdem diebus naues onerariæ pœnoꝝ ad octoginta circa Sardiniá a. C. Octauio q ꝓuinciæ præerat captæ. Eas Cælius fruméto miſſo ad Annibalem commeatuqꝫ onuſtas. Valerius prædam Ethruſcam ligurumqꝫ & montanorum captiuos Carthaginem portantes tradit. In brutiis nihil ferme eo anno memorabile geſtum eſt. Peſtilentia interceſſerat eo anno pari clade in romanos pœnuſqꝫ: niſi quod punicum exercitum ſupra morbum etiam fames affecit propter Iunonis Lucinæ téplum æſtatem Annibal egit: ibiqꝫ aram condidit: dedicauitqꝫ cum ingenti rerum abſe geſtarum titulo punicis græciſqꝫ litteris inſculpto.

*Scipioni Sicilia decernitur*

*Att. qua undiqꝫ collata ad claſſem Scipioni ornádam*

*Duo ligurú genera Ingauni & ítemelii*

# TITI LIVII PATAVINI HISTORICI DE SECVNDO BELLO PVNI. LIBER NONVS.

SCIPIO Poſteaquam in Siciliam uenit uoluntarios milites ordinauit centuria-
uit. Ex iis.ccc.iuuenes florentes ætate & uirium robore inermes circa ſe habebat
ignorantes quem ad uſum neqꝫ centuriati:neqꝫ armani ſeruarẽtur. Tum ex Si-
cilie iuniorum numero principes genere & fortuna.ccc.equites:qui ſe cũ in Afri-
cam traiicerent:legit:diemqꝫ iis:qua equis armiſqꝫ inſtructi atqꝫ ornati adeſſent:
edixit. Grauis ea militia procul domo terra mariqꝫ multos labores magna peri
cula allatura uidebatur: neqꝫ ipſos modo: ſed parentes cogatoſque eorum ea cu-
ra angebat. Vbi dies quæ edicta erat: aduenit: & arma equoſqꝫ oſtenderunt:tum
Scipio renunciari ſibi dixit quoſdam equites ſiculorum tanquam grauem & duram horrere eam mili-
tiam: Siqui ita animati eſſent: malle eos ſibi tunc fateri: quam poſt modum querẽtes: ſegnes atqꝫ inuti
les milites eſſe reipu.expromerent: quid ſentirent: cum bona uenia ſe auditurum. Vbi unus ex iis auſus
eſt dicere ſe prorſus: ſi ſibi : utrum uelit:liberum eſſet nolle militare. Tum Scipio ei: quando igitur ado-
leſcens quid ſentires : non diſſimulaſti :uicarium tibi expediam cui tu arma: equumque & cætera in-
ſtrumenta militiæ tradas & tecum hinc extemplo domum ducas: exerceas: docendum cures: equo tra-
dito armiſque. Cui læto conditionem accipienti unum ex.ccc. quos inermes habebat: tradit. Vbi hoc
modo exauctoratum equitem cum gratia imperatoris cæteri uiderunt: ſe quiſque excuſare:& uicarium
accipere. Ita.ccc.ſiculis romani ſubſtituti equites ſine publica impenſa. Docendorum atqꝫ exercẽdorum
curam ſeculi habuerunt:quia edictum imperatoris erat:ipſum militaturum:qui ita non feciſſet. Egregiã
hanc alam equitum euaſiſſe ferunt multiſqꝫ præliis rempublicam adiuuiſſe. Legiones inde cum inſpice-
ret:plurimorum ſtipendiorum ex iis milites delegit:maxime qui ſub duce Marcello militauerant: quos
cum optima diſciplina inſtitutos credebat: tum etiam ab longa Syracuſanorum obſidione peritiſſimos
eẽ urbium oppugnandarũ:nihil enim paruũ:ſed Carthaginis iam excidia agitabat aĩo. Inde exercitum p
oppida diſpertit: Frumentũ ſiculoꝝ ciuitatibus imperat. Ex Italia aduecto parcit. Veteres naues reficit:&
cũ iis.C.Lælliũ prædatum mittit. Nouas Panormi ſubducit:quia ex uiridi materia raptim factæ erãt:ut
in ſicco hybernarent. Præparatis oĩbus ad bellum: Syracuſas nondum ex magnis belli motibus tranquil
las uenit. Græci res a quiſdã italici generis eadem ui qua per bellum ceperant:retinentibus: conceſſas ſibi
ab ſenatu repetebant. Omnium primũ ratus tueri publicam fidẽ:partim edicto:partim iudiciis etiã in p-
tinaces ad obtinendam iniuriam redditis ſuas res ſyracuſanis reſtituit. Non ipſis tantum ea res:ſed omni-
bus Siciliæ populis grata fuit: eoqꝫ enixius ad bellũ adiuuerunt. Eadem æſtate in Hiſpania coortũ ingẽs
Noui in hiſpania motus bellum:conciente Indibili:nulla alia de cauſa:quam per admirationem Scipionis:cõtemptu:imperatoꝝ
aliorum orto. Eum ſupereſſe unũ ducem romanis:cæteris ab Annibale interfectis rebantur:eo nec in Hi-
ſpaniam cæſis Scipionibus alium quem mitterent:habuiſſe & poſteaquam in Italia grauius bellum ur-
geret aduerſus Annibalem:eum acceſitum præterquã quod nomina tantum ducum in Hiſpania romani
habebant exercitũ quoqꝫ inde ueterem deductum:trepida omnia & incõditam inde turbam tyronum eẽ:
nunq̃ talem occaſionẽ liberandæ Hiſpaniæ fore:ſeruitum ad eam diem aut Carthaginẽſibus:aut Roma-
nis:nec inuicem his aut illis ſed interdum utriſqꝫ ſimul:pulſos ab Romanis Carthaginenſes:ab hiſpanis
ſi conſentirent:pelli Romanos poſſe ut ab omni imperio externo ſoluta in perpetuum Hiſpania in patri
os rediret mores:ritusqꝫ. Hæc taliaqꝫ dicendo nõ populares modo:ſed anxetanos quoqꝫ uicinam gentem
concitat. Et alios finitimos ſibi atqꝫ illis populos. Itaqꝫ intra paucos dies.xxx.millia peditum: quattuor
ferme equitũ in ſedetanũ agrum quo edictũ erat:conuenerũt. Romani quoqꝫ imperatore.L.Lentulus:&
L.Manlius Accidinus negliſceret:primo negligendo bellum iunctis & ipſi exercitibus per agrum anxeta-
num hoſtico tanquam pacato clæmenter ductis militibꝰ ad ſedem hoſtium peruenere. Trium millium
ſpacio procul a caſtris eorum poſuerunt caſtra. Primo per legatos nequicquam eſt temptatum:ut diſcede
retur ab armis:deinde cum in pabulatores romanus impetus repente ab equitibus hiſpanis factus eſſet:
ſummiſſo ab ſtatione romana equitatu equeſtre prælium fuit:haud ſane memorando in partem ullã euẽ
tu. Sole oriente poſtero die armati inſtructiqꝫ omnes mille ferme paſſus procula a caſtris romanis aciem
oſtendere. Medii anxetani erant:cornu dexterum illergetes:leuum ignobiles tenebant hiſpani populi. In
ter cornua & mediam aciem interualla patentia ſatis late fecerunt: qua equitatum : ubi tempus eſſet: emit
terent. Et romani more ſuo exercitum cum inſtruxiſſent:id modo hoſtium imitati ſunt:ut inter legiones
& ipſi patentes equiti relinquerent uias: Cæterum lentulus ei parti uſum equitis fore ratus:quæ prior in
dehiſcentẽ interuallis hoſtium aciem equites emiſiſſet. Sex. Cornelio Tribuno militũ imperat equites per
patentes in hoſtium acie uias permittere equos iubeat. Ipſe cœpta parũ proſpere pedeſtri pugna tantum
moratus:dum cedenti duodecimæ legioni:quæ in leuo cornu aduerſus illergetes locata prona erat:tertiã-
decimã legionem ex ſubſidiis:in primã aciem firmamentũ ducit. Poſteaquã æquata ibi pugna eſt: ad.L.
Manliũ inter prima ſigna hortantem:ac ſubſidia:quibus res poſtulabat locis ĩducentem.uenit. Indicatqꝫ
tuta ab leuo cornu eſſe:iam miſſum a ſe Sex. Corneliũ procella equeſtri hoſtis circũfuſurum. Vix hæc di-
cta dederat:cum romani equites in medios inuecti hoſtes ſimul pedeſtres acies turbauerunt:ſimul equiti-
bus hiſpanorũ uiã ĩmittendi equos clauſerunt: Itaqꝫ omiſſa pugna equeſtri ad pedeſtrẽ hiſpani deſcende-
rũt. Romani ĩperatores ut turbatos hoſtiũ ordines:& trepidationẽ pauorẽqꝫ & fluctuãtia uiderũt ſigna:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hortatur: orāt milites:ut ꝑculſos inuadāt:neu reſtitui aciē patiant̃. Nō ſuſtinuiſſent tā infeſtū ĩpetū barba Indibilis
ri:ni regulus ipſe Indibilis cū equitibus ad pedes digreſſis ante prima ſigna peditū ſe obieciſſet. Ibi aliquā interitus
diu atrox pugna ſtetit. Tandē poſteaquā ii q circa regē ſeminecē reſtantē:deinde pilo terræ affixū pugna-
bant:obruti tælis occubuerūt:tum fuga paſſim cœpta pluresꝗ cæſi:quia equos conſcēdēdi ab equitibus
ſpatiū nō fuerat:& quia ꝑculſis acriter inſtiterūt romani. Nec ante abſceſſum ē:quā caſtris quoꝗ exuerūt
hoſtē. Tredecim millia hiſpanoꝝ cæſa eo die. d. ccc. ferme capti. Romanorū ſociorumꝗ paulo amplius
cc. maxime ĩ leuo cornu ceciderūt. Pulſi caſtris hiſpani:aut q ex prælio effugerāt:ſparſi prīo p agros: dein
de in ſuas quiſꝗ ciuitates redierūt. Tum a Mandonio euocati in cōſiliū:cōqueſtiꝗ ibi clades ſuas increpi
tis auctoribus belli legatos mittēdos ad arma tradenda deditionēꝗ faciendā cenſuerūt. Quibus culpam
in auctores belli Indibilē cæteros principes:quoꝝ pleriꝗ in acie cecidiſſent cōferentibus tradentibuſꝗ ar-
ma & dedētibus ſeſe reſpōſum ē. In deditionē ita accepi eos:ſi Mandoniū cæteroſꝗ belli cōcitatores tradi
diſſent uiuos:ſi minus:exertit⁹ ſe in agrū illergetū anxetanorūꝗ: & deīceps alioꝝ populorum ducturos. Hiſpano
Hæc dicta legatus renunciataꝗ in cōſiliū. Ibi Mādonius cæteriꝗ principes cōpræhenſi traditi ad ſuppli- rū cædem
ciū. Hiſpanis populis pax reddita. Stipendiū eius anni duplex: & frumentū ſex mēſium ĩperatū:ſagaꝗ &
togæ exercitui: & obſides ab triginta ferme populis accepti. Ita Hiſpaniæ rebellantis tumultu haud ma-
gno motu intra paucos dies concito & cōpreſſo in Africā oīs terror uerſus. C. Lællius nocte ad Hipponē
Rhegiū cū acceſſiſſet:luce prima ad populandū agrū ſub ſignis milites ſocioſꝗ nauales duxit. Omnibus
pacis mō incurioſe agētibus:magna clades illata:nūciiꝗ trepidi Carthaginē terrore ingēti cōpleuere. Claſ
ſem romanā Scipionēꝗ imperatorē & fama iam fuerat ĩ Siciliā trangreſſum aduenisſe: Nec quot naues
uidiſſet:nec quāta manus agros popularet̃:ſatis gnari oīa in manus metu augēte accipiebāt. Itaꝗ primo
terror pauorꝗ:deinde mœſtitia aīos ĩceſſit:tantū fortunā mutaſſe:ut qui modo ipſi exercitū ante mœnia
romana habuiſſent uictores:totꝗ ſtratis hoſtiū exercitibus oēs Italiæ populos aut ui:aut uoluntate in de
ditionē accepiſſent:ii uerſo marte Africæ populatiōes & obſidionē Carthaginis uiſuri forent: nequaqūā
ad patienda ea robore ac romani fuiſſent:illis romanā plæbē:illis Latiū iuuētutē præbuiſſe:maiorē ſemp
frequētiorēꝗ ꝓ tot cæſis exercitibus ſoboleſcentē cæterum ſuā plebē:imbellē in urbe:imbellē in agris eē:
mercede parari auxilia ex afris gente ad omnē aurā ſpei mobili atꝗ infida. Iam regē Syphacem poſt col-
loquiū cum Scipione alienatū: Nec Maſiniſſam aperta defectione infeſtiſſimū hoſtē:nihil uſquā ſpei ni-
hil auxilii eſſe. Magonē ex Gallia mouere tumultus nequicquā:nec coniūgere ſeſe Annibali: & annibalē
ipſum iam & fama ſeneſcere & uiribus. In hæc deflenda prolapſos ab recenti nūcio animos rurſus terror
inſtans reuocauit ad cōſolandum:quoniā modo obuiā præſentibus periculis iretur. Delectus raptim in
urbe agriſꝗ haberi placet:mittere ad conducēda auxilia:munire urbē:frumentum conuehere:tæla: arma
parare:inſtruere naues: & mittere ad Hipponē aduerſus romanā claſſem. Iam hæc agentibus nuncius tan-
dem uenit. Lælliū nō Scipionē:copiaſꝗ quantæ ad incurſiones agrorū ſatis ſint:tranſuectas:ſummā bel-
li molē adhuc in Sicilia eē ita reſpiratū:mittitꝗ ad Syphacem legiones alioſꝗ regulos firmandæ ſocieta-
tis cauſa cœptum. Ad Philippū quoꝗ miſſi:qui ducēta argēti talenta pollicerētur:ut in Siciliā aut in Ita
liam traiiceret: & ad ſuos imperatores in Italiam:ut omni terrore Scipionē retinerent. Ad Magonē ēt nō
legati mō:ſed. xxv. naues longæ:ſex millia peditū octingenti equites: & ſeptē elephanti adhuc magna pe-
cunia ad cōducenda auxilia:qbus fretus propius urbē Romā exercitū admouere:cōiungeretꝗ ſe Anni- Cartha.
bali. Hæc carthagine parabant agitabantꝗ. Ad Lælliū prædas ingentes ex agro inermi ac nudo præſidiis metus
agentē Maſiniſſa fama romanæ claſſis excitus cū eqtibus paucis uenit. Is ſegniter rem agi a Scipiōe quæ-
ſtus:quod nō iam exercitū ĩ Africā t aieciſſet ꝑculſis Carthaginenſibus: Syphace ĩpedito finitimis bellis:
quem certū haberet:ſi ſpatiū ad ſua:ut uelit:cōponenda detur:nihil ſincera fide cū romanis acturum: hor
taretur ac ſtimularet Scipionē nō ceſſare: Se quāquā regno pulſus eſſet:cū haud contēnēdis copiis affutu-
rum peditum equitūꝗ. Nec ipſi Lællio morandū in africa eſſe:claſſem credere ꝓfectam a carthagine:cum
qua abſente Scipione nō ſatis tutū eēt cōtrahi certamen. Ab hoc ſermōe dimiſſo Maſiniſſa: Lælli⁹ poſtero
die naues præda onuſtas ab Hippone ſoluit:reuectuſꝗ in Siciliā Maſiniſſæ mādata Scipioni expoſuit.
Eiſdē ferme diebus naues:quæ a Carthagine ad Magonē miſſæ erant:inter albigaunos:ligureſꝗ alpinos Magonis
Genuam acceſſerunt. In iis locis tum forte mago tenebat claſſem:qui legatorū auditis uerbis iubentiū exer ad ligures
citus cōparare:quā maximas extemplo galloꝝ & ligurum:nāꝗ utriuſꝗ gentis ingēs ibi multitudo erat: & gallos
cōſiliū habuit. Et miſſum ſe ad eos uindicādos in libertatē ait:ut ipſi cernāt mitti ſibi ab domo ꝓſidia:ſed hortatio
quātis uiribus:quantoꝗ exercitu id bellū geratur:in eoꝝ poteſtate eē duos exercitus romanos unum in
Gallia:alterū in Ethruria eē ſatis ſcire. Sp. Lucretiū ſe cū. M. Liuio iuncturū:multa millia ipſis ēt arman-
da eſſe:ut duobus ducibus:duobus exercitibus romanis reſiſtatur. Galli ad id ſummā ſuam uoluntatem
eſſe dicere:ſed cū una caſtra intra fines:altera infinita terra Ethruria prope in cōſpectu habeā: ſi palā fiat
auxiliis adiutū ab ſeſe eē pœnū extēplo ĩfeſtos utrinꝗ exercitus in agrū ſuū ĩcurſuros:ea ab gallis deſyde-
raret qbus occulte adiuuari poſſet:liguribus quod ꝓcul agro urbibuſꝗ eorū caſtra romana ſint:libera cō
ſilia eē: illos armare iuuentutē: & capeſſere ꝓ parte bellū æquū eē. Ligures haud abnuere tps modo duo-
rum mēſium petere ad delectus habēdos. Interim Mago milites:gallis dimiſſis clā p agros eorū mercede
conducere:cōmeatus quoꝗ oīs generis occulte ad eum a gallicis populis mittebantur. M. Liuius exercitū
uolonū ex Ethruria in Galliā traducit:iūctuſꝗ Lucretia ſi ſe Mago ex liguribus ꝓpius urbē moueat:ob
uiā ire parat. Si pœnus ſub angulo alpiū qetus ſe cōtineat: & ipſe ĩ eadē regiōe circa Ariminū Italiæ præ-

ſidio futurus: Poſt reditũ ex Africa. C. Lællii: & Scipione ſtimulto Maſiniſſæ adortationibus: & militibꝰ
prædam ex hoſtiũ terra cernentibus: tota claſſe afferri accenſis ad traiicendũ: q̃primũ ĩteruenit maiori mi/
nor cogitatio Locros urbẽ recipiendi: quæ ſub defectionem Italiæ deſciuerat: & ipſa ad pœnos: ſpes autẽ
affectandæ eius rei ex minima re affulſit: quod latrociniis magis: quã iuſto bello in brutiis gerebatur res:
principio a numidis facto: & brutiis nõ ſocietate magis punica: quã ſuopte ingenio cõgruẽtibus in eum
morẽ: poſtremo romani quoq; milites iam cõtagione quadã rapto gaudẽtes: quãtũ ꝑ duces licebat excur
ſiones in hoſtiũ agros facere. Ab iis egreſſi quidã urbe locrẽſes circũuenti. Rhegiumq; abſtracti fuerant.
In captiuoꝝ numero fabri q̃dam fuere: aſſueti forte apud pœnos mercede opus in arce locrorum facerẽ.
Ii cogniti a locrenſium principibus: q exulabãt Rhegii: pulſi ab aduerſa factione quæ Annibali Locros
tradiderat. Rhegiũ ſe cõtulerant. Cum cætera percũctantibus: ut mox eſt: qui diu abſunt: quæ domi agerẽ
tur: expoſuiſſent: ſpem fecerũt: ſi redẽpti ac remiſſi forent: arcẽ ſe iis traditurus: ibi ſe habitare: fidemq; ſibi
rerum oĩum inter carthaginenſes eſſe. Itaq; ut q ſimul deſyderio patriæ agerentur ſimul cupiditate inimi/
cos ulciſcendi arderent: redẽptis extemplo iis remiſq;: cũ ordinem agendæ rei cõpoſuiſſent: ſigna quoq;: q̃
procul ædita obſeruarẽt: ipſi ad Scipionẽ Syracuſas ꝓfecti: apud quẽ pars exulũ erat: referentes ſibi ꝓmiſ
ſa captiuorũ cũ ſpem ab effectu haud abhorrentẽ cõſuli feciſſent tribuni militũ cum iis. M. Sergius: &. P.

Locri a romanis recipiunt̕

Matienus miſſi: iuſſiq; ab Rhegio tria millia militũ Locros ducere: &. Qu. Pleminio ꝓprætori ſcriptũ:
ut rei agendæ adeſſet. Profecti ab Rhegio ſcalas ad dictã altitudinẽ arcis fabricatas portãtes: media ferme
nocte ex eo loco: unde cõuenerat: ſignũ dedere ꝓditoribus arcis: qui parati intenti & ipſi ſcalas ad ipſum
factas cũ demiſiſſent: pluribuſq; ſimul locis ſcandentes accepiſſent: priuſquã clamor oriret̕ in uigiles pœ/
norum: ut in nullo metu ſopitos ĩpetus eſt factus: quorũ gemitus primo morientiũ exauditus: deinde ſu
bita cõſternatio ex ſomno: & tumultus: cũ cauſa ignoraretur: poſtremo certiores aliis excitantibus alios:
iam pro ſe quiſq; ad arma uocabat: hoſtes in arce eſſe & cædi uigiles: oppreſſiq; forent romani nequaquã
numero partes: ni clamor ab iis qui extra uerbem erãt ſublatus: incertũ unde accidiſſet: oĩa uana augente.
Nocturno tumultu feciſſet. Itaq; uelut plena iam hoſtiũ arce territi pœni: omiſſo certamĩe: ĩ alterã arcem:
duæ ſunt haud multũ inter ſe diſtantes: confugiunt. Oppidani urbẽ habebant uictoribus præmiũ in me/
dio poſitam: ex acribus duabus præliis quottidie leuibus certabatur. Q. Pleminiꝰ romano: amilcar pu
nico pſidio præerat: & accerſentes ex propinquis locis ſubſidia copias augebant. Ipſe poſtremo ueniebat
Annibal: nec ſuſtinuiſſent romani: niſi locrẽſium multitudo exacerbata ſuperbia atq; auaritia pœnorum
ad romanos inclinaſſet. Scipioni ut nunciatũ eſt: in maiore diſcrimine Locris rem uerti: ipſum Annibalẽ
aduẽtare: ne præſidiũ ẽt periclitaretur haud facile inde receptũ: & ipſe a Meſſana. L. Scipione fratre ĩ præſi
dio ibi relicto: cũ primum æſtu fretum inclinatũ eſt: naues mari ſecũdo miſit: & Annibal a Butroto amni
haud procul is ab urbe Locris abeſt nuncio præmiſſo: ut ſui luce prima ſumma ui præliũ cũ romanis ac
locrenſibus cõſererent: dum ipſe auerſis oĩbus in eum tumultũ a tergo urbẽ incautã aggrederetur: ubi luce
cœptam inuenit pugnã: ipſe nec in arcem ſe includere turba locũ arctum impediturꝰ uoluit: neq; ſcalas q/
bus ſcanderet muros: attulerat: ſarcinis in aceruum cõiectis cum haud procul muris ad terrorẽ hoſtium
aciem oſtendiſſet: cũ equitibus numidis circũequitabat urbem: dum ſcalæ quæq; alia ad ꝓpugnandũ opus
eẽnt parantur: ad uiſcendum qua maxima parte aggrederetur progreſſus ad murum ſcorpione ictus: qui
proximus forte eum ſteterat: territus ĩde tam periculoſo caſu receptui canere cum iuſiſſet: caſtra procul ab
ictu tæli communiit. Claſſis romana a Meſſana Locros multa die ſuperante acceſſit. Expoſiti omnes e na
uibus & ante occaſum ſolis urbem ingreſſi ſunt poſtero die cœpta ex arce a pœnis pugna: & Annibal iã
ſcalis aliiſq; omnibus ad oppugnationẽ paratis ſubibat muros: cũ repente in eum nihil minus: quam tale
quicq̃ timentẽ patefacta porta erumpunt romani ad. cc. improuidos cũ inuaſiſſent: occidũt. Cæteros An/
nibal ut cõſulẽ adeſſe ſenſit: in caſtra recepit: nuncioq; miſſo ad eos: q in arce erãt: ut ſibimetipſis cõſulerẽt:
nocte motis caſtris abiit: & qui in arce erãt: igni iniecto tectis: quæ tenebãt: ut iis tumultus hoſtem mora
retur: agmen ſuorũ fugæ ſimili curſu ante noctem aſſecuti ſunt. Scipio ut & arcem relictam ab hoſtibus
& uacua uidit caſtra uocatos ad concionem locrenſes grauiter ob defectionem incuſauit. De auctoribus
ſupplicium ſumpſit bonaq; eorum principibus alterius factionis ob egregiam fidem aduerſus romanos
conceſſit. Publice nec dare: nec eripere ſe quicquam locrenſibus edixit. Romam mitterẽt legatos: quam

Qu. Pleminius legatus locris re/linquitur

ſenatus cenſuiſſet eam fortunam habituros: illud ſatis ſcire: & ſi male de Popu. Roma. meriti eſſent: ĩ me/
liore ſtatu ſub iratis romanis futuros, quam ſub amicis carthaginẽſibus fuerunt. Ipſe. Qu. Pleminio lega
to præſidioq;: qđ arcẽ ceperat: ad tuẽdam urbem relicto: cum quibus uenerat copiis: Meſſanam traiecit.

Ita ſupbe & crudeliter habiti locrẽſes a carthaginẽſibus poſt defectionẽ ab romanis fuerãt: ut modicas
iniurias nõ æquo modo aĩo pati: ſed ꝓpe libenti uidere poſſent: ueꝝ enĩuero tantum Pleminius Amilca
rem præſidii præfectum: tantum præſidiarii milites romani pœnos ſcelere atq; auaritia ſupauerũt: ut nõ
armis: ſed uitiis uideret̕ certari: nihil oĩum: quæ inopi inuiſas opes potentioris faciunt: ꝑtermiſſum ĩ op/
pidanos eſt ab duce: aut a militibus: in corpora ipſoꝝ in liberos: ĩ cõiuges ĩfandæ cõtumeliæ æditæ. Nã
auaritia ne ſacroꝝ q̃dem ſpoliatione abſtinuit: nec alia modo tẽpla uiolata: ſed Proſerpinæ etiam intacti
omni ætate theſauri: ꝑterq̃ qđ a Pyrrho: qui cum magno piaculo ſacrilegii ſui manibus rettulit: ſpoliati
dicebant̕. Ergo ſicut ante regiæ naues laceratæ naufragiis nihil in terram integri præter ſacram pecuniam
deæ: quam exportabãt: extulerãt: tum quoq; alio genere cladis eadem illa pecunia oĩbus cõtactis ea uio/
latione tẽpli furorem iniecit: atq; ĩter ſe ducẽ in ducẽ: militẽ ĩ militẽ rabie hoſtili uertit. Sũmæ rei Plemi/

nius præerat: militũ pars ſub eo: quã ipſe ab Rhegio abduxerat pars ſub tribunis erat. Rapto poculo ar-
gẽteo ex oppidani domo Pleminii miles fugiẽs ſequẽtibus: quoȝ erat: obuius forte Sergio: & Metieno
tribuno militũ fuit: cui cũ iuſſu tribunorũ ademptũ eẽt poculũ: primo iurgiũ: deinde clamor quoq;: pu-
gna poſtremo ora inter Pleminii milites tribunorũq;: ut ſuis quiſq; opportunus aduenerat: multitudine
ſimul ac tumultu creſcente. Victiq; Pleminii milites cũ ad Pleminiũ cruorẽ: & uulnera oſtentãtes, nõ ſine
uociferatione atq; indignatione cõcurriſſent: probra in eũ ipm iactata in iurgiis referentes: accẽſus ira do-
mo ſeſe ꝓripuit: uocatoſq; tribunos nudari ac uirgas expediri iubet. Dum ſpoliandis iis: repugnabãt. n.
militumq; iplorabant auxilium: tps teritur: repẽte frequentes milites feroces rcẽti uictoria ex oĩbus locis
uelut aduerſus hoſtes: cũ ad arma conclamatũ eẽt: concurrerunt: & cũ iam uiolata uirgis corpora tribuno
rum uidiſſent: tũ uero in multo ĩpotentiorẽ ſubito rabiem accenſi ſine reſpectu nõ maieſtatis modo: ſed ĩ-
humanitatis in legatũ impetũ lictoribus primũ indignũ in modũ mulctatis faciunt: tum ipm ab ſuis ĩter
ceptum & ſecluſum hoſtiliter lacerãt: & ꝓpe exanguem naſo auribuſq; mutilatis relinquũt. His meſſanã
nunciatis. Scipio poſt paucos dies Locros aduectus cũ cãm Pleminii & tribunorũ audiſſet, Pleminio no
xa liberato: relictoq; in eiuſdẽ loci præſidio: tribunis ſontibus iudicatis & in uincula coniectis ut Romã
ad ſenatũ mitterent: Meſſanam atq; Syracuſas rediit. Pleminius ĩpotens iræ neglectam ab Scipione & ni
mis leuit r latam ſuã iniuriã ratus: nec quẽquã æſtimare aliũ eam litẽ poſſe: niſi q atrocitatẽ eius patiẽdo
ſenſiſſet: tribunos attrahi ad ſe iuſſit: Laceratoſq; oĩbus: quæ pati corpus ullum poteſt ſupplicii: ĩterfecit:
nec ſatiatus uiuoȝ pœna inſepultos ꝓiecit: ſimili crudelitate & in locrẽſium principes ẽ uſus: quos ad cõ
querendas iniurias ad. P. Scipionẽ ꝓfectos audiuit: & q antea per libidinẽ atq; auariciã fœda exẽpla ĩ ſo
cios ædiderat: tunc ab ira multi[pl]icia ædere: infamiæ atq; ĩuidiæ nõ modo ſibi: ſed ẽt imperatori eẽ iam
comitioȝ appetebat tẽpus: cũ a. P. Licinio litteræ Romã allatæ ſunt ſe exercitumq; ſuũ graui morbo affli
ctari: nec ſiſti potuiſſe: niſi eadẽ uix mali aut grauior etiã in hoſtes ingruiſſet. Ita quoniã ipſe uenire ad co
mitia nõ potuiſſet: ſi ita pr̃ib⁹ uideret̃: ſe. Qu. Ceciliũ Metellũ dictatorẽ comitiorũ cã dicturũ: exercitũq;
Qu. Cecilii dimitti e repu. eẽ: nam neq; uſum eius ullum in præſentia eẽ: cum Annibal iam in hyberna ſe
ſuoq; receperit: & tanta inceſſerit in ea caſtra uis morbi: ut niſi mature dimittat̃: nemo oĩum ſuperfutur⁹
uideatur: ea cõſuli a patribus facienda ut e repu. fideq; ſua duceret permiſſa. Ciuitatẽ eo tempore repens re
ligio inuaſerat inuẽto carmine in libris Sibyllinis ꝓpter crebrius eo anno de cælo lapidatũ inſpectis: quã-
doq; hoſtis alienigena terræ Italiæ bellũ intuliſſet: eũ pelli Italia uinciq; poſſe: ſi matris ideæ Peſſimũte nu
mẽ Romã aduectum forte. Id carmẽ ad decemuiris inuentum eo magis patres mouit: quod & legati: q
donum Delphos portauerant: referebant: & ſacrificantibus ipſis Pythio Apollini omnia læta exta fuiſ-
ſe: & reſponſum oraculo æditum maiorẽ multo uictoriam: quã cui⁹ ex ſpoliis dona portarẽt. adeſſe Po.
Roma. In eiuſdem ſpei ſummã cõferebant. P. Scipionis uelut præſagientẽ aĩum de fine belli: q depopo-
ſciſſet ꝓuinciã Africã. Itaq; quo maturius fatis oĩbus oraculiſq; portẽdentis ſeſe uictoriæ cõpotes fierẽt:
id cogitare atq; agitare: quæ ratio tranſportandæ Romã deæ eſſet: Nullas tum in Aſia ciuitates ſocias ha
bebat Po. Ro, tamẽ memores Aeſculapiũ quoq; ex Græcia quõdam haud dum ullo fœdere ſociata uali
tudinis populi cã acceſitum: & iam cũ Attalo rege pp cõmunẽ aduerſus Philippũ bellũ cœptã amicitiã
eſſe: facturũ eum quã poſſet Po. Ro. cauſa: legatos ad eũ decernunt. M. Valeriũ Leuinũ: q bis conſul fuerat
ac res in Græcia geſſerat. M. Ceciliũ Metellũ prætoriũ: Sulpicium Galbã Aediliti: duos q̃ſtores. C. Tre
meliũ Flaccũ &. M. Valeriũ Falconẽ. Hæ qnq; naues qnqueremes ut ex dignitate Po. Ro. adirent eas ter-
ras: ad quas cõcilianda maieſtas nomini romano eẽt: decernunt. Legati Aſiam petentes ꝓtinus Delphos
cũ deſcẽdiſſent oraculum adierunt: cõſultantes ad quod negociũ miſſi domo eẽnt: perficiendi eius quam
ſibi ſpem Po. Ro. portenderet. Reſpõſum eſſe ferunt per Attalum regẽ compotes eius fore: quod peterent:
cum Romam deã deuexiſſent: tũ curarent: ut eã: q uir optim⁹ Romæ eſſet: hoſpitio acciperet. Pergamum
ad regem uenerunt: is legatos comiter acceptos peſſinũ in Phrygiam deduxit ſacrũq; iis lapidẽ: quẽ ma-
trem deũ incolæ eſſe dicebãt: tradidit: ac deportare Romã iuſſit. Præmiſſus ab legatis. M. Valerius Falco
nunciauit deã apportari: querendũ uirũ optimũ in ciuitate eſſe: qui eã rite hoſpitio acciperet. Qu. Cecili⁹
Metellus dictator a cõſule in brutiis comitioȝ cã dictus: exercituſq; eius dimiſſus: magiſter eqtũ. L. Ve-
turius Philo Comitia p dictatorẽ habita: cõſules facti. M. Cornelius Cethegus: Publius Sẽpronius Tu-
ditanus abſens: cũ ꝓuinciã Græciã haberet. Prætores inde creati Claudi⁹ Nero. M. Martius ralla. L. Scri
bonius Libo. M. Põponius Matho Comitiis pactis: dictator ſeſe magiſtratu abdicauit. Ludi romãi ter:
plebeii ſepties inſtaurati. Curules erãt Aediles. Gn. &. L. Co[r]nelii. L. Lẽtulus. Hiſpaniã ꝓuinciã habebat:
abſens creatus abſens eũ honorẽ geſſit. T. Claudius Aſellius. Marcus Iunius Pœn⁹ plebei Aediles fuerũt
Aedẽ uirtutis eo anno ad portã capenã Marcus Marcellus dedicauit: ſeptimo decimo anno poſteaq̃ a par
te eius primo cõſulatu uota in Gallia ad Claſtidium, fuerat: & flamẽ martialis eo anno ẽ mortu⁹ Marcus
Aemilius regulus Neglectæ eo biẽnio res in Græcia erant: itaq; Philippus Aetolos deſertos ab Romanis
cui uni fiebant auxilio: qbus uoluit cõditionibus ad petendã & paciſcendam ſubegit pacem: quod niſi
omni ui perficere maturaſſet: bellantẽ cum cum ætholis. P. Sempꝛoni⁹ proconſul ſucceſſos imperii miſ-
ſus Sulpitio cũ decem millibus peditũ: & mille equitibus: & trigintaqnq; roſtratis nauibus: haud paruũ
momentũ ad opem ferendã ſociis oppreſſiſſet. Vix dum pace facta nũcius regi uenit. Romanos Dyrrha-
chiũ ueniſſe: parthenoſq; & ꝓpinquas alias gẽtes motas eẽ ad ſpẽ nouãdi res. Dimallũq; oppugnare. Eo
ſe auerterãt romani ab ætholoȝ: quo miſſi erant auxilio: irati qd ſine auctoritate ſua aduerſus fœdus cũ

*Attur. fœdum ĩter Ro. milites certamen*

*Lictores aderãt legato*

*Art. Q. Pleminii crudelitatem*

*Legati in Aſiam miſſi ad idæã matrem inde Ro. deportandã*

*M. Cornelius. Q. Sempronius Tuditanus conſ. Aedes uirtutis*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rege pacem feciſſent. Ea cum audiſſet Philippus: ne qui motus maior in finitimis gentibus populiſq; ori
retur: magnis itineribus Apolloniam cōtendit: quo Sempronius ſe receperat: miſſo Vectorio legato cum
parte copiarum: &. xv. nauibus in Aetholiam ad uiſendas res pacemque ſi poſſet: turbandam. Philippus
agros Apolloniatium uaſtauit: ad urbē admotis copiis poteſtatem pugnæ romāo fecit: quē poſteaquā
quietum muros tantūmodo tueri uidit: nec ſatis fidens uiribus ut urbē oppugnaret: cum romanis quoq;
ſicut cum ætolis cupiēs pacē ſi poſſet: ſi minus inducias facere: nihil ultra irritatis nouo certamine odiis ī
regnum ſe recepit. Per idem tempus tædio diutini belli epirotæ: temptata prius romanorū uoluntate lega

Pax cum Philippo

tos de pace cōmuni ad Philippum miſere: ſatis cōfidere conuenturā eam affirmantes: ſi ad colloquiū cū
P. Sempronio īperatore ueniſſet: facile īperatū: neq; enim ipſius quidē regis abhorrebat animus: ut ī Epi
rum tranſiret. Penice urbs ē Epiri: ibi prius collocutus rex cū Eropo: & Darda: & Philippo epirotarum
prætoribus: poſtea cum. P. Sempronio congreditur. Affuit colloquio & Animāder athamanum rex &
magiſtratus alii epirotarum & acarnanum. Primus Philippus præter uerba fecit: & petiit ſimul ab rege
& imperatore romano: ut finem belli facerent: darentq; eā epirotis ueniam. P. Sempronius conditōes pa
cis dixit: ut partheni: & Dimallum: & Bargulum: & eugeniū Romanorū eſſent Atinthanias miſſus Ro
mam legatus ad ſenatum īpetraſſe ut Macedonia cederet. In eas conditiones cum pax conueniſſet: ab rege
fœderi aſcripti. Pruſia Bithyniæ: Achei: Boetii: Theſſalia acarnanes epirotæ: ab romanis ilienſes: Attalus
rex Pleuratis: Nabis lacedæmoniorū tyrannus: elei: meſſenii: athenienſes. Hæc cōſcripta mō conſignataq;
ſunt: & in duos menſes induciæ factæ: donec Romā mitterent legati: ut populus in has conditiones pacē
iuberet: iuſſerūtq; omnes tribus: quia auerſo ī africā bello oībus aliis in præſentia leuari uolebant bellis.
Sempronius pace facta ad cōſulatum Romā deceſſit. P. Sempronio. M. Cornelio cōſulibus: quintuſde
cimus is annus punici belli erat: ꝓuinciæ Cornelio Ethruria cū uetere exercitu: Sempronio brutii ut no
uas ſcriberet legiones decretæ. Prætoribus. M. Martio urbana. L. Scribonio Liboni peregrina & eidē Gal
lia. M. Pomponio Mathoni Sicilia. T. Claudio Neroni Sardinia euenit. P. Scipioni procōſuli cum eo
exercitu cūq; ea claſſe: quam habebat prorogatū in annum imperiū eſt: item. P. Licinio ut brutios cū dua
bus legionibus obtineret: quoad eū cum īperio in ꝓuincia morari: cōſuli e republica uiſum eſſet: &. M.
Liuio: &. Sp. Lucretio cū binis legionibus: quib⁹ aduerſus Magonem Galliæ præſidio fuiſſent: proroga
tum imperiū eſt: &. Gn. Octauio: ut cū Sardiniam legionemq;. T. Claudio tradidiſſet: ipſe nauibus lon
gis. xl. maritimam oram: quibus finibus ſenatus cēſuiſſet: tutaretur. M. Pomponio prætori in Sicilia ca
nenſis exercitus duæ legiones decretæ ſunt. T. Quintius Tarentum. C. Hoſtilius Capuā proprætor ſicut
priore anno cū uetere uterq; præſidio obtinerent. De Hiſpaniæ imperio quod in eā prouinciam duos ꝓ
conſules mitti placeret: latum ad populum eſt. Omnes tribus eoſdem. L. Corneliū Lentulum &. L. Man
lium Accidinum proconſules ſicut priore anno tenuiſſent: obtinere eas prouincias iuſſerūt. Conſules de
lectum habere inſtituerunt: & ad nouas ſcribendos in brutios legiones: & inde cæterorum: ita enim iuſſi
a ſenatu erant: exercitū ſupplemētum: quāquam nondum aperte Africa prouincia erat decreta: occultanti
bus: id credo: patribus ne præſciſcerent carthaginenſes: tamen in eam ſpem erecta ciuitas erat: in Africa eo
anno debellatū iri: finemq; bello punico adeſſe. Impleuerat ea res ſuperſtitione aīos: proniq; & ad nun
cianda: & ad credenda ꝓdigia erant. Ea plura uulgabātur: duos ſoles uiſos: & nocte interluxiſſe: & facem
ſtellæ ſepties ab ortu ſolis ad occidentē porrigi uiſam. Tarracinæ portam: Anagninæ portam: & multis
locis murum de cælo tactum. In æde Iunonis Soſpite Lanuuini cū horrēdo fragore ſtrepitum æditū eoꝝ
procurandoꝝ cā diem unum ſupplicatio fuit: & nouendiale ſacrum: quod de cælo lapidatum eēt factū.

Eo acceſſit conſultatio de matre Idæa accipienda: quam præterquam quod. M. Valerius unus ex lega
tis regreſſus actutum in Italia fore nunciauerat: recens nuncius aderat Tarracinæ iam eē. Haud paruæ rei
iudicium ſenatum tenebat qui uir optimus in ciuitate eſſet ueram certe uictoriam eius rei ſibi quiſq; mal
let quam ulla imperia: honoreſue ſuffragio ſeu patrum: ſeu plebis delatos. Patreſconſcripti. P. Scipio
nem filium eius qui in Hiſpania occiderat: adoleſcentem nondum quæſtorium iudicauerunt in tota ciui
tate uirum optimū eſſe: id quibus uirtutibus inducti ita iudicauerint: ſicut traditum a proximis memo

Atť. ꝓdigia qdā ſepties legūt quod oīo placet Actutū' celeriter. P. Scipio naſica ro. oīum optimus iudicatus Claudia Quintia

riæ temporum illorum ſcriptoribus libens poſteris tradiderim: ita eas opiniones coniectando rem uetu
ſtate obrutam non interponam. P. Cornelius cum omnibus matronis Oſtiam ire iuſſus obuiam deæ:
iſq; eam de naue accipere: & in terram elatam tradere referendam matronis: poſteaq̄ nauis ad hoſtiū am
nis tyberini acceſſit: ſicut erat iuſſus: in ſalum naue euectus a ſacerdotibus eam acceſſit extulitq; in terram.
Matronæ primores ciuitatis: inter quas unius Claudiæ Quintiæ inſigne eſt nomen: accepere: cui dubia:
ut traditur antea fama clariorem ad poſteros tam religioſo miniſterio pudicitiam fecit. Et per manus ſuc
cedentes deinde aliæ aliis omni effuſa ciuitate obuiā: turibulis ante ianuā poſitis: qua perferebatur atq; ac
cenſo ture: ꝓcantibus ut uolens propitiaq; urbē Romā iniret: ī ædem uictoriæ: q̄ eſt in palatio: pertulere
deam pridie idus aprilis: iſq; dies feſtus fuit. Populus frequens dona deæ in palatio tulit: lectiſterniumq;
& ludi fuere: megalenſia appellata. Cum de ſupplemēto legionum ageret quæ in prouinciis erant: tem
pus eſſe a quibuſdam ſenatoribus ſubiectum ē: quæ dubiis in rebus utcunq; tolerata eſſent: eo dempto iā
tandem deū benignitate metu nō ulta pati. Erectis expectatione patribus ſubiecerūt: colonias latinas duo
decim quæ. Q. Fabio: &. Q. Fuluio cōſulibus abnuiſſent: milites dare: eas annum iam ferme ſextum
uacationem militiæ quaſi honoris cauſa & beneficii habere: cum interim boni obediēteſq; ſocii pro fide
atq; obſequio imperii romani continuis omnium annorū delectibus exhauſti eſſent. Sub hanc uocē no

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ua memoria magis patribus renouata rei prope iam oblite rate eſt quam irritata. Itaq; nihil prius refer-
re conſules paſſi decreuere: ut conſules magiſtratus denoſq; principes Nepte: Sutrio: Ardea: Calibus: Al-
ba: Carſeolis: Sora: Sinuerſa: Setia. Cerceiis: Narnia: Interamne: ex nãq; coloniæ in ea cauſa erãt: Romá
excirent: iis imperarẽt: quãtũ quæq; earũ coloniarum militũ plurimũ dediſſet Po. Ro. ex quo hoſtes ĩ Ita-
lia eſſent: duplicatũ eius ſummæ numerũ peditum daret: & equites cẽtenos uicenos. Siqua earũ numerũ
equitum explere nõ poſſet: pro equite uno tres pedites liceret dare pedites equiteſq; quã locupletiſſimi le-
gerentur: mitterenturq; ubicunq; extra Italiã ſupplemẽto opus eſſet: ſiqui ex iis recuſarent: retineri eius co-
loniæ magiſtratus legatoſq; placere neq; ſi poſtularent: ſenatũ dari: priuſquã ĩperata feciſſent. Stipẽdium
præterea iis coloniis, iii. millia æris aſſes ſingulos imperari exigiq; quotãnis: cẽſumq; in iis coloniis agi
ex formula ab romanis cẽſoribus data. Dare aũt placere eandẽ: quam Po. Ro. deferriq; Romã abiuratis
cenſoribus coloniarũ priuſquã magiſtratu abirent. Ex hoc. S. C. accitis Romã magiſtratibus primori-
buſq; earum coloniarũ: cõſules cũ milites ſtipendiũq; imperaſſent: alii aliis magis recuſare ac reclamare.
Negare tãtũ militũ effici poſſe: uix ſi ſimplum ex formula ĩperetur: enixuros orare atq; obſecrare: ut ſibi
ſenatũ adire ac deprecari liceret: nihil ſe quare perire merito deberẽt: admiſiſſe: ſed ſi pereũdũ ẽt foret: neq;
ſuum delectum: neq; irã Po. Ro. ut plus militũ darent quã habent: poſſe efficere. Conſules obſtinati ma-
nere legatos Romæ iubent: magiſtratus ire domos ad delectus habendos: niſi ſumma militũ: quæ ĩpera-
ta eẽt: Romã adducta: neminẽ is ſenatum daturum. Ita præciſa ſpe ſenatũ adeundi deprecandi delectis in
ſuræ Li tates uolūtate in deditionē uenerūt.Et cū comitioꝝ iam appeteret tēpus.Corneliū potius ex Ethruria:ubi
uii & Ne nihil belli erat.Romā acciri placuit.Cōſules.Gn.Seruiliū Cepionē:&.Gn.Seruiliū geminum creauit.In
rōis.Gn. de ꝑtoria comitia habita creati.P.Cornelius Lentulus.L.Quintilius Varus.P.Elius Pætus.P.Iulius:&
Seruilius T.Apuleius.Hi duo cum ædiles plebis eſſent:prætores creati ſunt.Conſul comitiis ꝑfectis:ad exercitum
cæpio in Ethruriā rediit.Sacerdotes eo anno mortui:atq; in locum eoꝝ ſuffecti.T.Veturius Philo flamē mar
Gn.Ser tialis:& in locum.M.Aemilii Regilli:q priore anno mortuus erat:creatus inauguratuſq;:& in.M.Pom
uilius ge ponii Mathonis auguris & decēuiri locum creati decemuir.M.Aurelius Cotta:augur.T.Sempronius
minꝰ cōſ. Gracchus admodū adoleſcens:qd' tunc raꝝ in mandādis ſacerdotiis erat.Quadrigæ aureæ eo anno in
capitolio poſitæ ab ædilibus curulibus.C.Liuio:&.M.Seruilio Gemino:& ludi romani biduū inſtau
rati.Item ꝑ biduum plebeii ab ædilibus.P.Elio.P.Iulio:& Iouis epulum fuit ludorum cauſa.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# TITI LIVII PATAVINI HISTORICI DE SECVNDO BELLO PVNI. LIBER DECIMVS.

CN. SERuilius Cepio: &. Gn. Seruilius Geminus conſ. ſextuſdecimus is annus
belli punici erat: cum de rep. belloq; & ꝓuinciis ad ſenatum retuliſſent cenſuerũt
patres: ut conſules inter ſe cõpararent: ſortirenturue uter Brotios aduerſus Anni-
balem: uter Ethruriam ac Liguriam ꝓuinciã haberet: cui Brutii eueniſſent: exerci
tum a. P. Sempronio acciperet. P. Sempronius ei quoq; enim ꝓconſuli imperiũ
in annum ꝓrogabatᷓ. P. Licinio ſuccederet: is Romã reuerteretᷓ. Bello quoq; bo- P. Licinii
nus habitur ad cætera: qbus nemo ea tẽpeſtate inſtructior ciuis cũ habebatᷓ: con- dotem
geſtis oĩbus humãis a natura fortunaq; bonis nobilis idem ac diues erat: forma
uiribuſq; corporis excellebat: facũdiſſimus habebatᷓ: ſeu cã oranda: ſeu in ſenatu
& ad populũ ſuadendi ac diſſuadẽdi locus eſſet: iuris põtificii peritiſſimus: ſup hoc bellicæ quoq; laudis
cõſulatus cõpotem fecerat: cui in brutiis ꝓuincia eidem in ethruria ac liguribus decreta. M. Cornelius no
uo conſuli tradere exercitum iuſſus: ipſe prorogato imperio Galliam prouinciam obtinere cum legioni-
bus iis quas procõſul. Qu. Scribonius priore ãno habuiſſet. Sortiti deinde ꝓuincias: Cepioni Brutii: Ser
uilio gemino ethruria euenit. Tum p̄torꝫ ꝓuinciæ in ſortem coniectæ: iuriſditionẽ urbanam Pœtus Eli-
us Sardiniam. P. Lentulus Siciliam. C. Iulius: Ariminum cum duabus legionibus ſub Lucretio Spurio
ꝫe fuerãt. Quintilius uarus eſt ſortitus: & Lucretio ꝓrogatum imperium eſt: ut Genuã oppidum a Ma- Genua a
gone pœno dirutũ exædificaret. P. Scipioni nõ tpis: ſed rei gerẽdæ fine: donec debellatũ in Africa foret: ꝓ- Magone
rogatũ impium eſt: decretũq; ut ſupplicatio fieret: qđ ſi is in Africam ꝓuinciam traieciſſet: ut ea res ſaluta- diruta
ris Po. Ro. ipſiq; duci atq; exercitui eſſet: in Sicilia tria millia militũ ſunt ſcripta & quia qđ roboris ea ꝓ
uincia habuerat: in Africã traiectũ fuerat: nequa claſſis ex Africa traiiceret. xl. nauibus cuſtodiri placuerat
Siciliæ maritimã oram: tredecĩ nouas naues Iulius ſecum in Siciliam: duxit cæteræ in Sicilia ueteres refe-
ctæ huic claſſi. M. Põponius prioris anni p̄tor ꝓrogato imperio p̄poſitus nouos milites ex Italia adue-
ctos in naues impoſuit: parẽ nauium numeꝝ. C. Octauio p̄tori item prioris anni cum pari iure imperii
ad tuẽdam ſardiniæ orã p̃res decreuerũt. Lẽtulus p̄tor duo millia militũ dare ĩ naues iuſſus: & Italiæ ora:
qa incertũ erat: quo miſſuri claſſem carthaginẽſes forẽt: uidebantᷓ aũt qcqd nudatum p̄ſidiis eſſet: petituri
M. Mario p̄tori prioris anni cum totidẽ nauibus tuẽda data eſt. Tria millia millitum ĩ eam claſſem ex de
creto patꝝ cõſules ſcripſerunt: & duas legiões urbanas ad ĩcerta belli. Hiſpãiæ cum exercitibus imperioq;
ueteribus impatoribꝰ Lucio lentulo & Lucio mãlio Accidino decretæ decẽ oĩo legiõibus: & c. xl. nauibꝰ
longis res romana eo anno geſta. Prætores in ꝓuincias ire iuſſi: cõſulibus impatum ut prius: q̃ ab urbe ꝓ
ficiſcerẽtur: ludos magnos facerent: quos. T. Manlius Torquatus dictator in quintũ annum nouiſſet: ſi
eodem ſtatu reſp. ſtaret & nouas religionis excitabãt in aĩs hoĩum ꝓdigia ex pluribꝰ locis nunciata. Augꝫ
in capitolio corui non laceraſſe tantũ roſtris crediti: ſed etiam ediſſe mures Antii coronam aureã arroſere:
circa Capuam oẽm agꝝ locuſtaꝝ uis ingens: ita ut unde aduenissent: paꝝ conſtaret: compleuit: equuleus ꝓdigia
Reate cum qnq; pedibus natus: Anagniæ ſparſi primũ ĩges: in cælo deinde fax ingens arſit. Fruſinone ar
cus ſolem tenui linea amplexus eſt: circulum deinde ipſum maior ſolis orbis extrinſecus incluſit. Arpini
terra campeſtri in agro in ĩgentem ſinũ cõſedit conſulum alteri primã hoſtiam ĩmolanti caput iecinori de-
fuit: ea ꝓdigia maioribus: hoſtiis ꝓcurat: editi a collegio pontificũ dii: quibus ſacrificaretᷓ. Is tranſactis cõ
ſules prætoreſq; in ꝓuincias ꝓfecti oĩbus tamẽ uelut ea ſortis Africæ cura erat: ſeu qa ibi ſumma rerum
belliq; uerti cernebant: ſeu ut Scipioni gratificarentur: in quem tum omnis ciuitas uerſa erat. Itaq; non ex
Sardinia tantũ ſicut ante dictum eſt: ſed ex Sicilia quoq; & Hiſpania ueſtimenta: frumentũq;: armaq;: &
omne genus cõmeatus eo portabatur. Nec Scipio ullo tp̄e hyemis belli opa remiſerat: quæ multa ſimul
undiq; circũſtabant. Vticam obſidebat caſtra in conſpectu Aſdrubalis erant: carthaginenſes deuexerant na
ues: claſſem paratam inſtructãq; ad cõmeatus intercipiendos habebant. Inter hæc ne Siphacis quidem re-
conciliandi curam ex animo dimiſerat ſi forte iam ſatis amoris in uxore ex multa copia eum cepiſſet. Ab
Syphace magis pacis pro carthaginenſibus conditiões: ut romani Africa peni Italia excederent: q̃ ſi bella-
retur: ſpes ulla deſituꝝ afferebatur. Hæc p nuntios magis equidem acta crediderem: & ita pars maior au-
ctores ſunt: q̃ ipſum Syphacẽ ut Valerius Antias prodit: in caſtra romana ad colloquium ueniſſe. Primo
eas cõditiões imperator romanus uix auribus admiſit. Poſtea ut cauſa ꝓbabilis uiſa cõmeãdi foret in ca
ſtra hoſtium: mollius eadem illa abnuere: ac ſpem facere ſæpius ultro citroq; agitantibus rem cõuenturã.
Hybernacula carthaginenſium cõgeſta temere ex agris materia ex ædificata lignea ferme tota: erant numi
dæ p̄cipue arundine textatoriaq; pars maxima tectis paſſim nullo ordine: quidam ut ſine imperio occu-
patis locis: extra foſſam uallũq; habitabant. Hæc relata Scipioni ſpem fecerant caſtra hoſtium p occaſio-
nem icendẽdi. Cũ legatis: quos mitteret ad Syphacẽ: calonum loco primos ordinis ſpectatæ uirtutis atq;
prudẽtiæ ſeruili habitu mittebat: q dum in colloqo legati eſſent: uagi per caſtra alius alia: aditus exituſq;
oẽs: ſitum formãq; uniuerſoꝝ caſtroꝝ & partium: qua: pœni: qua numidæ haberent quantum inter ual-
li. Inter Aſdrubalis ac regia caſtra eſſent: ſpecularentur: moreq; ſimul noſcerent ſtationum uigiliarũq; no-
cte an ĩter diu opportuniores ĩſidiantibus eſſent: & inter crebra colloqa alii atq; alii de induſtria: quo plu
ribus oĩa nota eẽnt: mittebãtur. Cũ ſæpius agitata res certiorẽ ſpẽ pacis in dies: & Syphaci: & carthaginẽ
ſibus per eum facerent: legati romani uetitos ſe reuerti ab imperatore aiunt: niſi certum reſponſum detur



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝓinde ſeu ipſa ſtaret iam ſnīa: ſeu cōſulendus Aſdrubal & carthagineſes eſſent: cōſuleret tꝑs eſſe aut pacem cōponi: aut bellū nouiter geri. Dum cōſulit Aſdrubal ab Syphace: ab Aſdrubale carthaginenſes: & ſpeculatores oīa uiſendi: & Scipio ad cōparāda ea: q̄ in rem opus erāt: tꝑs habuit: & ex mētione & ſpe pacis negligētia: ut fit: apud pœnos numidaſq̄ orta cauēdi: neq̄d hoſtile īterim paterent: tandē relatū reſponſum quibuſdā: qđ nimis cupere romanus pacē uidebat iniqs ꝑ occaſionē adiectis: q̄ ꝓpportune cupiēti tollere inducias Scipiōi cām ꝓbuere: ac nūcio regis: cū relatū ſe ad cōſiliū dixiſſet: poſtero die reſpōdit: ſe uno fruſtra tendēte nulli alii pacē placuiſſe: renūciaret igit nullā aliam ſpē pacis: quā relictis carthaginēſibus Syphaci cū romanis eſſe: ita tollit inducias ut libera fide incœpta exequeret: deductiſq̄ nauibus: & iam ueris ꝑſcipiū erat: machinis tormētaq̄ uelut a mari aggreſſurus Vticā īponit: duo millia militū ad capiendum quē ante tenuerat tumulū ſup Vticā mittit: ſimul ut ab eo qđ parabat: in alterius rei curā cōuerteret hoſtiū aīos: ſimul ne quā cū ipſe ac Syphacē Aſdrubaleq̄ ꝓfectus eſſet eruptio ex urbe & impetus in caſtra ſua relicta cū leui ꝑſidio fieret. His ꝑparatis aduocatoq̄ cōcilio: & dicere exploratorib⁹ iuſſis: q̄ compta afferrent. Maſiniſſaq̄: cui oīa hoſtiū nota erant poſtremo: qd ipſe pararent: in ꝓximā noctē ꝓponit. Tribunis edicit: ut ubi ꝑtorio dimiſſo ſigna cōcinuiſſent: extēplo educerent e caſtris legiones: ita ut īperauerat: ſigna ſub occaſu ſolis efferri ſunt cœpta. Ad primā ferme uigiliā agmē explicauerūt: media nocte ſeptē. n. milia itineris erāt: modico gradu ad caſtra hoſtiū ꝑuentū ē. Ibi Scipio ꝑtem copiarū Lællio Maſiniſſamq̄ ac numidas attribuit. & caſtra Syphacis inuadere: igneſq̄ coniicere iubet: ſingulos deīde ſepatim Lælliū ac Maſiniſſam ſeductos obteſtat: ut q̄tum nox ꝓuidētiæ adimat. tantū diligēti expleāt cura unaq̄ ſe Aſdrubalē punicaq̄ caſtra aggreſſurū: cæterū nō ante cœptur: quā ignē in regiis caſtris cōſpexiſſet. Neq̄ ea res morata diu eſt: nā ut proximis caſtris iniectus ignis hæſit: extēplo proxima quæq̄: & deīceps cōtigua amplex⁹ totis ſe paſſim diſſipauit caſtris & trepidatio quidē: quāta neceſſe erat: in nocturno effuſo tam late incēdio orta eſt: cæterum fortuitum nō hoſtilem ac bellicum ignem rati eſſe: ſine armis ad reſtinguēdum incendiū effuſi in armatos inciderunt hoſtes: maxime numidas ab Maſiniſſa noticia regiorum caſtrorum ad exit⁹ itinerum idoneis locis diſpoſitos. Multos in ipſis cubiculis ſemiſomnes hauſit flama multi in præcipiti fuga ruentes ſuper alios: alii in anguſtiis portarum obtriti ſunt. Reducentem flamā primo uigiles Carthaginenſium: deinde excitati alii nocturno tumultu cum conſpexiſſent ab eodem errore credere ipſi ſua ſponte incendium ortum: & clamor inter cædē & uulnera ſublatus: an ex trepidatiōe nocturna eſſet cōfuſus ſenſum ueri adimebat. Igitur pro ſe quiſq̄ inermes: ut quibus nihil hoſtile ſuſpectum eſſet: oībus portis: qua cuiq̄ proximum erat: ea mō quæ reſtinguendo igni forent: portātes: in agmen romanum ruebāt. Quib⁹ cæſis oībus: præterq̄ hoſtili odio: etiā nequis nuncius effugeret: extemplo Scipio neglectas ut ī tali tumultu portas inuadit: ignibuſq̄ in proxima tecta coniectis: effuſa flama primo ueluti ſparſa pluribus locis reluxit: deinde per continua ſerpens uno repente omnia incēdio hauſit. Ambuſti hoīes iumentaq̄ fœda primum fuga: deinde ſtrage obruebant itinera portarum: quos nō oppreſſerat ignis: ferro adſumpſit: binaq̄ caſtra die una deleta: duces tamen ambo & ex tot milibus armatorum. xx. milia peditum & quingenti equites ſermiermes: magna pars ſaucii afflatiq̄ incendio effugerunt. Cæſa aut hauſta flamis ad. xl. millia hominum ſunt: capti ſupra. vi. millia: carthaginenſium nobiles. xi. ſenatores: ſigna militaria. c. xxix. equi numidici ſupra. ii. millia. dcc. elephāti ſex capti: octo flama ferroq̄ abſumpſit: magnaq̄ uis armorum capta ea oīa imperator Vulcano ſacrata incendit. Aſdrubal ex fuga cū paucis afrorum urbē ꝓximā petierat: eoq̄ oēs: qui ſupererant: ueſtigia ducis ſequentes ſe contulerant: metu deinde: ne dederetur Scipioni: urbe exceſſit. Mox eodem patentibus portis romanis accepti: nec quicquam hoſtile: quia uolūtate conceſſerant: in dicionem factum duæ ſubinde urbes captæ direptæq̄: ea præda: & quæ caſtris incenſis ex igne rapta erat militi conceſſa eſt. Syphax octomilliū ferme inde ſpatio loco cōmunito conſedit. Aſdrubal Carthaginem contendit: nequid per metum ex recenti clede mollius conſuleretur. quo tantus primo terror eſt allatus: ut omiſſa Vtica Carthaginem crederent extemplo Scipionē oppreſſurū. Senatū itaq̄ Suffeces: qđ uelut conſulare imperiū apud eos erat: uocauerūt: ibi: tribus dictis ſententiis: una de pace legatos ad Scipionē decernebat: altera Annibalē ad tuendam ab exitiabili bello patriam reuocabat: tertia romanæ in aduerſus reb⁹ conſtantiæ exemplo reparandum exercitū. Syphacemq̄ orandū: ne bello abſiſteret: cenſebat. Hæc ſententia quia Aſdrubal præſens barchinæq̄ omnes factionis bellū malebāt: uicit. Inde delectus ī urbe agriſq̄ haberi cœptus: & ad Syphacē legati miſſi ſumma ope & ipſum reparantē bellū: cū uxor iam non ut ante blandiciis ſatis potētibus ad animū amantis: ſed præcibus & miſericordia ualuiſſet plena lachrymarum obteſtans: ne patrē ſuum patriāq̄ proderet: iiſdēq̄ flamis Carthaginē: quibus caſtra conflagraſſent: abſumi ſineret. Spem quoq̄ opportune oblatā afferebant legati: quattuormillia celtiberorū circa urbē noīe Olbam ab conquiſitoribus ſuis cōducta in Hiſpania egregiæ iuuētutis ſibi occurriſſe: & Aſdrubalē ꝓpediē affore cū manu haud quaq̄ cōtēnenda. Is nō benigne mō legatis reſpōdit: ſed oſtēdit ēt multitudinē numidarum agreſtiū quibus ꝑ eoſdē dies arma equoſq̄ dediſſet: & oēm iuuētutē affirmat exciturum ex regno: ſcire incendio non prælio cladē acceptā: cū bello inferiorem eſſe: q armis uincat. Hæc legatis reſpōſa: & poſt dies paucos rurſus Aſdrubal & Syphax copias iunxerunt: is oīs exercitus fuit. xxx. ferme millia armatorum. Scipionē uelut iam debellato: quod ad ſyphacē carthaginēſeſq̄ attineret. Vticæ oppugnandæ intentū iāq̄ machinas admouentē muris: auertit fama redintegrati belli: modiciſq̄ præſidiis ad ſpeciē mō obſidionis terra mariq̄ relictis: ipſe cum robore exercitus ire ad hoſtes pergit: primo in tumulo quattuor ferme millia diſtante ab caſtris regiis cōſedit. Poſtero die cum equitatu in Magnos (ita uocant) campos ſubiectos

Scipionis conſiliū in hoſte inuadendo

Modico temporis ſpatio bina caſtra incenſa

Att. hoſtium cladē

Reparant hoſtiū copiæ

ei tumulo degreſſus ſuccedēdo ad ſtationes hoſtiū laceſſendoq; leuibus ꝑliis diem aſſumpſit: & p īſequēs biduum tumultuoſis hinc atq; illinc excurſionibus inuicē nihil dictu ſatis dignū fecerunt. Quarto die in aciem utrinq; deſcenſum eſt: romanus poſt principes haſtatoꝝ prima ſigna in ſubſidiis triarios cōſtituit: eqtatum. Italicū ab dextero cornu ab leuo numidas Maſiniſſamq; oppoſuit. Syphax Aſdrubalq; numidis aduerſus Italicū equitatū: carthaginēſibus cōtra Maſiniſſam locatis: celtiberos in mediā aciem in aduerſa ſigna legionū accepere. Ita inſtructi concurrūt primo impetu: ſimul utroq; cornu: & numidæ: & carthaginenſes pulſi: nā neq; numidæ maxime pars agreſtis romanū eqtatū: neq; carthaginēſes & ipſe nouus miles Maſiniſſam recenti ſup cætera uictoria terribilem ſuſtinuere nudata utriq; cornibꝰ celtiberoꝝ acies ſtabat: qđ nec in fuga ſalus ulla oſtendebat̃ locis ignotis: neq; ſpes ueniæ ab Scipiōe erat: quē benemeritū de ſe & gente ſua mercēnariis armis in Africā oppugnatū ueniſſent. Igitur circūfuſis undiq; hoſtibus alii ſup alios cadentes obſtricti moriebant̃: ꝯibuſq; in eos uerſis aliquātū ad fug m tempor s Syphax & Aſdrubal præceperūt: fatigatos cæde diutius: ꝗ̄ pugna uictores nox oppſſit. Poſtero die Scipio Læliū Maſiniſſamq; cū omni romano & numidico equitatu expeditiſq; militū ad Perſequēdos Syphacē atq; Aſdrubalem mittit. Ipſe cū robore exercitus urbes circa oēs: quæ carthaginēſium ditionis erant: partim ui: partim metu ſubegit. Carthagini qdem erat ingens terror: & circūferentē arma Scipionē oībus ſinitimis raptim ꝑdomitis ipſam Carthaginē repente aggreſſuꝝ credebant. Itaq; & muri reficiebant̃: ꝑpugnaculiſq; armabant̃: & pro ſe quiſq;: quæ diutinæ obſidioni tolerandæ ſunt ex agris neceſſaria cōuehit. Rara mentio eſt pacis: frequētior legatoꝝ ad Annibalem accerſendum mittendoꝝ: pars maxima claſſem: ꝗ̄ ad cōmeatus excipiendos parata erat: mittere iubent ad opprimēdam ſtationem nauium ad Vticam incaute agentem forſitan etiam naualia caſtra relicta cum leni præſidio oppreſſuros. In hoc cōſiliū maxime inclinant: legatos tamē ad Annibalē mittēdos cenſent quippe claſſe: ut fœliciſſime gerant̃ res: parte aliqua leuari Vticæ obſidionē. Carthaginē ipſam: q tueatur: neq; impatorē aliū quā Annibalem: neq; exercitū alium quā Annibalis ſupereſſe. Deductæ ergo poſtero die naues: ſimul & legati in Italiam ꝑfecti: raptimq; oīa: ſtimulante fortuna: agebant̃: & in quo quiſq; ceſſaſſet: prodi ab ſe ſalutē oīum rebat̃. Scipio grauē iā ſpoliis multis multaꝝ urbiū exercitum trahens: captiuis aliaq; præda inuetera caſtra ad Vticam miſſis: iam in Carthaginē intentus occupat relictū fuga cuſtodum Tuneta: abeſt ab Carthagine. xii. millia ferme paſſuum: locus tum operibus: ſuapte natura tutus: & q ab Carthagine conſpici: & præbere ipſe ꝑſpectum tū ad urbem: tum ad circūfuſum mare urbi poſſet. Inde cū maxime uallum romani iacerent: conſpecta claſſis hoſtium eſt uticam a Carthagīe petens. Igitur omiſſo opere ꝑnūciatū iter: ſignaq; raptim ferri ſunt ꝯceptæne naues in terram & ad obſidionē uerſæ ac minime nauali ꝑlio aptæ opprimerētur. Quæ enim reſtitiſſent agili & nautico inſtrumēto aptæ & armatæ claſſi naues tormenta machinaſq; portantes: & aut in onerarium uſum uerſæ: aut ita appulſæ ad muros ut pro aggere ac pontibus præbere acceſſum poſſent. Itaq; Scipio poſteaquā eo uentū: eſt ut in nauali certamine ſolet: roſtratis: quæ præſidio aliis eſſe poterāt: in poſtrema aciem receptis ꝑpe terrā onerariaꝝ quadruplicē ordinem pro muro aduerſus hoſtem oppoſuit: eaſq; ipſas: ne in tumultu pugnæ turbari ordines poſſent: malis antēniſq; de naue in nauē traiectis: ac ualidis funibus uelut uno inter ſe uinculo illigatis comp̄ſſit: tabulaq; ſup inſtrauit: ut puium nauiū ordinem faceret: & ſub ipſis pontibus interualla fecit: qua ꝑcurrere ſpeculatoriæ naues in hoſtē ac tuto recepi poſſent. His raptim pro tpe inſtructis mille ferme delecti ꝑpugnatores onerariis imponunt̃: tæloꝝ maxime miſſilium: ut qs lōgo certamine ſufficerent: uis ingens cōgeritur: ita parati inſtructiq; hoſtium aduētum opperiebātur. Carthaginenſes: q ſi maturaſſent: oīa ꝑmixta turba trepidātium primo īpetu depræhēdiſſent: ꝑculſi terreſtribus cladibus: atq; inde ne in mari qdem: ubi ipſi plus poterant: ſatis fidētes die ſegni nauigatione abſumpto: ſub occaſum ſolis in portū: Ruſucinona afri uocāt: claſſem appulere: poſtero die ſub ortum ſolis inſtruxere ab alto naues uelut ad iuſtum ꝑlium nauale: & tanꝗ̄ exituris cōtra romanis cū diu ſtetiſſent: poſteaꝗ̄ nihil moueri ab hoſtibus uiderūt: tum demū onerarias aggrediunt̃. Erat res minīe certamini nauali ſimilis: ꝑxime ſpeciē muros oppugnātium nauiū: altitudine aliquātum onerariæ ſupabant: ex roſtratis pœni uana plæraq; utpote ſupino iactu tæla in locum ſupiorem mittebant: grauior ac pondere: ipſo librator ſupne ex onerariis ictus erat. Speculatoriæ naues ac leuia ipſa nauigia: ꝗ̄ ſub conſtratis pōtium p īteruella excurrebāt: primo ipſo tantū impetu ac magnitudine roſtrataꝝ obruebant̃. Deinde & ꝑpugnatoribus quoq; incōmodæ erāt: qđ ꝑmixtæ cum hoſtium nauibus inhibere ſæpe tæla cogebant: metu ne ambiguo ictu ſuis inciderent. Poſtremo aſſeres ferreo unco ꝑfixi: harpagones uocāt milites: ex punicis nauibus iniici in romanas cœpti: quos cum neq; ipſc s: neq; cathenas: qbus ſuſpenſi iniiciebant̃: incidere poſſent: ut quæq; retro inhibita roſtrata onerariā hærente unco traheret: ſcindi uideres uincula: qbus aliis alia innexa erant: ſerieq; aliā ſimul plurium nauiū trahi. Hoc maxime modo lacerati qdē omnes pōtes: & uix trāſiliendi in ſecundū ordinem nauiū ſpatium ꝑpugnatoribus datum eſt. Sex ferme onerariæ puppibus abſtractæ Carthaginem ſunt: maior ꝗ̄ pro re lætitia: ſed eo maior qđ inter aſſiduas clades ac lachrymas unū ꝗ̄tumcūq; ex īſperato gaudiū affulſerat: cū eo: ut appareret: haud ꝑcul exitio fuiſſe romanā claſſem: ni ceſſatum a ꝑfectis ſuaꝝ nauiū foret: & Scipio in tpe ſubueniſſet. Per eoſdē forte dies cum Lællius: & Maſiniſſa quintodecimo ferme die in Numidiā ꝑueniſſent: maſſuli regnū paternū Maſiniſſæ læti ut ad regem diu deſyderatū cōceſſere. Syphax: pulſis inde ꝑfectis ꝑſidiiſq; ſuis: ueteri ſe cōtinebat regno: ne utiq; qeturus: ſtimulabat ægrū amore uxor ſocerq;: & ita uiris equiſq; abundabat: ut ſubiectæ oculis regni p multos florentes annos uires: et minus barbaro atq; impotenti aīo ſpem poſſent facere. Igit̃

Hoſtium cornua pellūtur

Ro. uictoria

Tunica occupat Scipio

Naualis pugna

oĩbus:ꝗ bello apti erant:in unum eductis:equos arma tæla diuidit:eq̄tes in turmas:pedites in cohortes:
ſicut quondam ab romanis centurionibus didicerat:diſtribuit. Exercitu haud minore:quã quẽ prius ha-
buerat:cæteꝝ omni ꝓpe nouo atqꝫ incõdito ire ad hoſtes pergit & caſtris in ꝓpinquo poſitis. Primo pau
ci eq̄tes ex tuto ſpeculantes ab ſtationibus ꝓgredi:inde iaculis ſũmoti recurrere ad ſuos inde excurſiones
inuicẽ fieri:& cum pulſos indignatio accenderet plures ſubire:qđ irritamentũ certaminũ eq̄ſtrium eſt:cũ
aut uincentibus ſpes:aut pulſis ira aggregat ſuos. Ita tum a paucis ꝓlio accenſo oẽm poſtremo utrinqꝫ eq
tatum certaminis ſtudiũ effudit:ac dum equeſtre ꝓlium erat multitudo maſſuloꝝ ingentia agmĩa *Sypha*
*ce* emittente ſuſtineri uix poterat. Deĩde ut pedes romanus repentino ꝑ turmas ſuas uiam dantes inter cur
ſu ſtabilem aciem fecit:abſterruitqꝫ effuſe ĩuehentẽ ſeſe hoſtem:primo barbari ſegnius ꝑmittere equos: de-
inde ſtare ac ꝓpe turbari nouo genere pugnæ:poſtremo nõ pediti ſolum cedere:ſed ne eq̄tem q̄dem ſuſti-
nere peditis p̄ſidio audẽtem:iam ſigna quoqꝫ legionũ appropinquabant:tum uero maſſuli nõ modo pri
mum impetũ:ſed ne cõſpectũ q̄dem ſignoꝝ atqꝫ armoꝝ tulerũt:tm̃ ſeu memoria prioꝝ cladiũ: ſeu p̄ſens
terror ualuit. Ibi *Syphax* dum obequitat hoſtium turmis:ſi pudore:ſi periculo ſuo fugam ſiſtere poſſet:
Capitur *Syphax* — equo grauiter icto effuſus opprimit̃ capiturqꝫ:& uiuus lætum ante oẽs Maſiniſſæ præbiturus ſpectacu-
lum ad Lellium ꝑtrahitur. Cirtha caput regni *Syphacis* erat:eoqꝫ ſe ingens hoĩum uis ex fuga contulerat.
Cædes in eo ꝓlio minor:quã uictoria fuit:q̄a equeſtri tantũmodo ꝓlio certatum fuerat non plus quinqꝫ
millia occiſa:minus dimidium eius hoĩum captũ eſt:impetu in caſtra facto:quo ꝑculſa rege amiſſo: mul
Recẽs hoſtium clades Cirtha a Lælio & Maſiniſſa capitur — titudo ſe cõtulerat. Maſiniſſa Lælio dicere:ſibi quidẽ nihil eſſe iu p̄ſentia pulchrius:quã uictorem recu-
peratũ tãto poſt interuallo patrium ĩuiſere regnũ:ſed tam ſecũdis:quã aduerſis rebus nõ dari ſpatium ad
ceſſandũ:ſi ſe Lællius cũ equitatu:uinctoqꝫ *Syphace* Cirthã ꝓcedere ſinat:trepida oĩa metu ſe oppreſſurum
Lællium cum peditib⁹ ſubſequi modicis itineribus poſſe. Aſſentiente Lællio ꝓgreſſus Cirthã euocari ad
colloquium principes cirthenſium iubet:ſed apud ignaros regis caſus:neqꝫ quæ acta eſſent:promẽdo nec
minis:nec ſuadẽdo ante ualuit:quã rex uinctus ĩ conſpectum datus. Tum ad ſpectaculum tã fœdum cõ-
ploratio orta:& partim pauore mœnia ſunt deſerta:partĩ repẽtino cõſenſu gratiã apud uictorem quæren
tium patefactæ portæ:& Maſiniſſa p̄ſidio circa portas opportunaqꝫ mœnium dimiſſo:ne cui fugæ pate
ret exitus:ad regiã occupandã citato uadit equo:intranti ueſtibulum ĩ ipſo ueſtibuli limine Sophoniſba
Verba Sophoniſbæ ad Maſiniſſã — uxor *Syphacis* filia Aſdrubalis pœni occurrit:& cum in medio agmine armatorum Maſiniſſam inſignẽ
cum armis:tum cætero habitu conſpexiſſet & regẽ eſſe id:quod erat:rata:genibus aduoluta eius. Oĩa qui
dem:inquit:ut poſſes in nos dii tibi dederũt:uirtuſqꝫ & fœlicitas tua ſed ſi captiuæ apud dominũ uitæ ne-
ciſqꝫ ſuæ uocẽ ſupplicẽ mittere licet:ſi genua ſi uictricẽ attingere dextrã:ꝑcor:q̄ſoqꝫ ꝑ maieſtatem regiam:
in qua pauloante nos quoqꝫ fuimus perqꝫ gentis numidaꝝ nomẽ:qđ tibi cũ *Syphace* cõmune fuit: per
huiuſce regiæ deos:q te meliorib⁹ oĩbus accipiant:ꝗ *Syphacem* hinc miſerunt: hanc ueniam ſupplici des
ut ipſe:quodcũqꝫ ferret aĩus de captiua:ſtatuas:neqꝫ me in cuiuſquã romani ſuꝑbum ac crudele arbitriũ
uenire ſinas:ſi nihil aliud:ꝗ *Syphacis* uxor fuiſſem tamẽ numidæ atqꝫ in eadẽ mecũ Africa geniti:ꝗ alieni
genæ & externi fidem experiri mallem. Quid carthaginenſi ab romano:q̄d filiæ Aſdrubalis timẽdum ſit
uides. Si nulla alia re uotes me morte:ut uindices ab romanoꝝ arbitrio oro:obteſtorqꝫ. Forma erat inſi
gnis & florentiſſima ætas:itaqꝫ cũ modo dextrã amplectẽs in id ne cui romano traderet̃:finẽ expoſceret
ꝓpiuſqꝫ iam blãditias oro eſſet:ꝗ præces:nõ in miſericordiam mõ ꝓlapſus eſt aĩus uictoris ſed (ut eſt ge
nus numidaꝝ in uenerẽ ꝓceps) amore captiuæ uictor captus:data dextra in id: qđ petebat̃: obligandæ
fidei in regiã cõcedit:inſtitit deinde reputare ſecũ ipſe:quẽadmodũ ꝓmiſſi fidem p̄ſtaret:qđ cum expedire
nõ poſſet:ab amore temerariũ atqꝫ impudens mutuat̃ cõſilium:nuptias in eũ ipm̃ diẽ repẽte parari iubet
neq̄d relinqueret ĩtegri aut Lællio:aut ipſi *Scipioni* cõſulendi uelut in captiuã:ꝗ Maſiniſſæ iam nupta fo-
ret:factis nuptiis ſuꝑuenit Lællius:& adeo nõ diſſimulauit ĩprobare factũ:ut primo ẽt cum *Syphace*: &
cæteris captiuis detractã iam thoro geniali mittere ad *Scipionẽ* conatus ſit. Victus deinde ꝑcibus Maſiniſ
ſæ orãtis ut arbitriũ utrius regũ duoꝝ fortunæ acceſſio Sophoniſba eſſet ad *Scipionẽ* traiiceret:miſſo *Sy*
*phace*:& cæteris captiuis:cæteras urbes Numidiæ:ꝗ præſidiis regiis tenebant̃:adiuuante Maſiniſſa rece-
pit. *Syphacẽ* in caſtra adduci nõ eſſet nunciatum:oĩs uelut ad ſpectaculũ triumphi multitudo effuſa eſt:ꝓ
cedebat ipſe uinctus:ſequebat̃ grex nobilium numidaꝝ. Tum quãtum plurimũ:quiſqꝫ poterat magnitu
dini *Syphacis* famæ gẽtis uictoriã ſuã augendo addebat:illũ eſſe regẽ:cuius tm̃ maieſtati duo potẽtiſſimi
Att. fortunæ uolubilitatẽ — in terris tribuerint populi:romanus carthaginẽſiſqꝫ:ut *Scipio* imperator ſuis ad amicitiam eius petẽdã:
relicta ꝓuincia Hiſpania exercituqꝫ duab⁹ quinqueremibus in Africã nauigaret. Aſdrubal pœnoꝝ impe
rator nõ ipſe modo ad eũ in regnũ uenerit:ſed ẽt filiã ei nuptũ dederit. habuiſſe eũ uno tp̃e ĩ ꝑtãte duos im
peratores pœnum romanũqꝫ:ſicut ab diis ĩmortalib⁹ pars utraqꝫ hoſtiis mactãdis pacẽ petiſſet:ita ab eo
utrinqꝫ pariter amicitiam petitam iam tantas habuiſſe opes:ut Maſiniſſam regno pulſum eo redegerit:ut
uita eius fama mortis & latebris feraꝝ modo in ſiluis rapto uiuentis tegeretur. His ſermonibus circũſtã-
tium celebratis:rex in p̄torium ad *Scipionẽ* eſt ꝑductus:mouit & *Scipionẽ* cum fortuna priſtina uiri p̄-
ſenti fortunæ collata:tum recordatio hoſpitii:dextræqꝫ datæ:& fœderis publice ac priuatim iuncti: eadẽ
hæc & *Syphaci* aĩum dederunt in alloquẽdo uictorem:nã cum *Scipio*:quid ſibi uoluiſſet:quæreret: qui
nõ ſocietatẽ ſolum abnuiſſet romanã ſed ultro bellum ĩtuliſſet:tum ille peccaſſe q̄dem ſeſe atqꝫ inſaniſſe fa
tebat̃:ſed tum demũ cum arma aduerſus populum ro. recepiſſet:exitum ſui furoris fuiſſe nõ principium
tunc ſe ĩſaniſſe cũ hoſpitia priuata:& publica fœdera oĩa ex aĩo eieciſſet:cum carthaginenſem matronam

dom̄ī accepit:illis nuptialibus facibus regiā cōflagraſſe ſuā:illā furiā peſteq; oībus delimētis animū ſuū auertiſſe atq; alienaſſe:nec qeuiſſe:donec ipſa manibus ſuis nefaria ſibi arma aduerſus hoſpitē atq; amicū induerit:perdito tamē ſibi atq; afflicto hoc ī miſeriis ſolatii eſſe:qd' in oīum hoīum inimiciſſimi ſibi domū ac penates eandē peſtē ac furiā tranſiſſe uideat:neq; prudētiorē:neq; cōſtātiorē Maſiniſſam quam Syphacē eē:ēt ab iuuēta incautiorē:certe ſtultius illū atq; intēperatius eā quā ſe duxiſſe:hāc non hoſtili modo hodio:ſed amoris ēt ſtimulis armatā apud æmulū cernēs cū dixiſſet:nō mediocri cura Scipionis animū pepulit:& fidē criminibus factæ ꝓpe ī ter arma nuptiæ neq; cōſulto:neq; expectato Lælio faciebant:tanq̄ ꝓceps feſtinatio:ut quo die captā reginā uidiſſet:eodē matrimonio iūctā accipet:& apud penates hoſtis ſui nuptiale ſacrū cōficeret:ēt eo fœdiora hæc uidebant Scipioni:qd' ipſum ī Hiſpania iuuenē nulli⁹ forma pepulerat captiuæ. Hæc ſecū uolueti Lælius:ac Maſiniſſa ſupuenerūt:quos cū pariter ambos benigno uultu excepiſſet:& egregiis laudib⁹ frequēti ꝑtorio celebraſſet:adductū ī ſecretū Maſiniſſam ſic alloq tur. Aliqua te exiſtimo Maſiniſſa intuentē in me bona:& principio ī Hiſpaniā ad iungēdā amicitiā mecū ueniſſe:& poſtea in Africa teipſum ſpeſq; oīs tuas in fidē meā cōmiſiſſe:atq; nulla eaꝝ uirtus ē:ꝓpter quā appetēdus tibi uiſus ſim:in qua ego æque atq; tēperantia & cōtinētia libidinū gloriat⁹ fuerim:hāc te quoq; ad cæteras tuas eximias uirtutes Maſiniſſa adiecisſe uelim:nā nō ē mihi crede:tm̄ ab hoſtibus armatis ætatis noſtræ periculū:q̄tū ab circūfuſis undiq; uoluptatib⁹:q eas ſua tēperātia frenauit,ac domuit: multo maius decus:maioreq; uictoriā ſibi pepit:quā nos Syphace uicto habuim⁹. Quæ me abſente ſtrenue ac fortiter feciſti:libēter & cōmemoraui & memini:cætera teipſum reputare tecū:quā me dicēte erubeſcere malo. Syphax Po. Ro. auſpiciis uict⁹ captuſq; ē:itaq; ipſe cōiunx regnū:agri:oppida:hoīes q īcolūt:quicquid deniq; Syphacis fuit:ꝑda Populi Ro. ē:& regē coiugeq; eius ēt ſi nō ciuis carthagineſis eēt:ēt ſi nō patrē ei⁹ īperatorē hoſtium uiderem⁹ Romā oporteret mitti ac ſenat⁹ populiq; Ro. de ea iudiciū atq; arbitriū eē:q regē nobis ſociū alienaſſe:atq; ī arma coegiſſe ꝑcipitē dicat:uince aīum:caue:ne deformes multa bona uno uicio:& tot meritoꝝ gratiā maiore culpa:quā eā culpæ ē:corrūpas. Maſiniſſæ hæc audienti nō rubor ē ſolum ſuffuſus:ſed lachrymæ ēt obortæ:& cū ſe quidē ī poteſtate futurū īpatoris dixiſſet:oraſſet eum:ut q̄tum res ſineret:fidei ſuæ temere obſtrictæ cōſuleret:ꝓmiſiſſe. n. ſeſe ī nullius poteſtate eā traditurū:ex ꝑtorio in tabernaculū ſuū cōfuſus cōceſſit:ibi arbitris remotis:cū crebro ſuſpirio & gemitu:quo facile a circunſtātib⁹ tabernaculum exaudiri poſſet:aliquātum tpis cōſumpſiſſet:īgēti ad poſtremū ædito gemitu:fido ex ſeruis uno accito:ſub cuius cuſtodia regio more ad incerta fortunæ uenenū erat:ei mixtū in poculo ferre ad Sophoniſbā iubet:ac ſimul nūciare Maſiniſſam libēter ei primā fidem ꝑſtaturū fuiſſe:quā uir uxori debuerit:quoniā eius arbitriū:q poſſint:adimant:ſecundā fidē ꝑſtare:ne uiua in poteſtatē romanoꝝ ueniat:memor patris īperatoris:patriæq; & duoꝝ regū:quib⁹ nupta fuiſſet:ſibi ipſa cōſuleret. Hūc nūciū ac ſimul uenenū ferēs miniſter:cū ad Sophoniſbā ueniſſet. Accipio:iquit:nuptiale munus:neq; ingratū:ſi nihil maius uir uxori ꝑſtare potuit:hæc tamē nūcia melius me moriturā fuiſſe:ſi nō ī funere meo nupſiſſem:nec locuta ē ferocius:quā acceptū poculū nullo trepidationis ſigno dato īpauide hauſit. Quod ubi nūciatū eſt Scipioni:neqd æger aīo ferox iuuenis grauius cōſuleret:accitū eum exēplo nūc ſolatur:nūc quod temeritatē temeritate alia luerit:triſtioreq; rē:quā neceſſe fuit:fecerit:leniter caſtigat. Poſtero die:ut a præſenti motu auerteret aīum eius:in tribunal aſcendit:& concionē aduocari iuſſit:ibi Maſiniſſā primū regē appellatū eximiiſq; ornatū laudib⁹:aurea corona:aurea patera:ſella curuli eburnea:& Scipione eburneo:toga picta:& palmata tunica donat:addit uerbis honorē neq; magnificēti⁹ qcq̄ triūpho apud romanos neq; triūphantibus ampliorē eo ornatu eſſe:quo uno oīum externoꝝ dignū Maſiniſſam. Po. Ro. ducat. Læliū deīde:& ipſum collaudatum aurea corona donat:& alii militares uiri:ꝓut a quoq; nauata opa erat:donati. Iis honorib⁹ mollitus regis aīus:erectuſq; ī ſpē propinquā ſublato Syphace:oīs Numidiæ potiūdæ. Scipio. C. Lælio cū Syphace aliiſq; captiuis Romā miſſo cum qbus & Maſiniſſæ legati miſſi ſunt: ipſe ad Tuneta rurſum caſtra refert:& q̄ munimēta inchoauerat:ꝑmuniit. Carthaginenſes non breui ſolū:ſed ꝓpe uano gaudio ab ſatis ꝓſpera ī ꝑſens oppugnatiōe claſſis:ꝑfuſi:poſt famā capti Syphacis in quo plus ꝓpe quā ī Aſdrubale atq; exercitu ſuo ſpei repoſuerāt:ꝑculſi iā nullo auctore belli ultro audito:oratores ad pacē petēdā mittūt. xxx. ſenioꝝ pricipes:id erat ſanctius apud illos cōſiliū:maximaq; ad ipſum ſenatū regēdū uis:q ubi in caſtra romana & prætoriū ꝑuenerunt:more adulantiū accepto credo:ritu ex ea regiōe:ex qua oriundi erāt:ꝓcubuerūt. Côueniēs orō tā humili adulatiōi fuit nō culpā purgātiū:ſed trāſferrētium initiū culpæ ī Aunibalē īpotē iæq; ei⁹ fautores ueniā ciuitati petebāt:ciuiū temeritate bis iā ante euerſæ īcolumi futuræ iteꝝ hoſtiū beneficio:īperiū ex uictis hoſtib⁹. Po. Ro. nō ꝑniciē peteret:paratis:obediēter:ſeruire:q̄ uellet:īparet. Scipio & ueniſſe ea ſpe ī Africā ſe ait:& ſpē ſuā ꝓſpo belli euētu auctā:uictoriā ſe nō pacē domū reportatuꝝ eē:tamē cū uictoriā ꝓpe ī manib⁹ hēat:pacē nō abnuere:ut oēs gentes ſciāt. P. R. & ſuſcipe iuſte bella:& finire. Leges pacis ſe has dicere captiuos & ꝑfugas reſtituant:exercitus ex Italia & Gallia deducāt. Hiſpania abſtineāt:īſulis oīb⁹ q̄ inter Italiā & Africā ſunt:decedāt: naues lōgas oēs:ꝑter. xx. tradāt:tritici qngēta:hordei. xxx. m. modiū Pecuniæ ſūmā:q̄tā īpauerit:paꝝ cōuēit:alibi qnquemillia talētū:alibi qnquemilia pondo argēti:alibi duplex ſtipēdiū militib⁹ īpatum inuenio:his cōditionib⁹:inqt:ſi placeat pax triduum ad cōſultādū dabit:ſi placuerit:mecū īducias facite: Romā ad ſenatū mittite legatos. Ita dimiſſi carthagineſes nullas recuſandas cōditiōes pacis cū cēſuiſſent:qppe q moratpis q̄ erēt:dū Annibal ī Africā traiiceret:legatos alios ad Scipionē ut īducias faceret:alios Romam ad pacē petēdā mittunt:ducentes paucos in ſpeciē captiuos ꝑfugaſq; & fugitiuos:quo īpetrabilior pax eēt:

Verba Syphacis ad Scipionē

Atē. ſuauē ſcipionis caſtigationē

Sophoniſbæ interitus

Scipiōis cōſiliū in Maſiniſſæ dolore leniendo

Cōditiones pacis a Scipiōe Cartha. ꝓpoſitæ

Multis ante diebus Lællius cum *Syphace* primoribuſq; numidarum captiuis Romam uenit: quæ in
Africa geſta eēnt: oīa expoſuit ordine patribus: ingenti oīum & in præſens lætitia: & in futurū ſpe. Con
ſulti inde patres regē in cuſtodiā Albā mittendum cenſuerunt. Lælliū retinendū donec legati carthaginen
ſes uenirent: ſupplicatio in quatriduū decreta eſt. Publius Elius prætor ſenatu miſſo & concione inde ad
uocata cū. C. Lællio in roſtra aſcēdit. Ibi uero audiētes fuſos carthaginēſium exercitus deuictum & captū
ingentis nominis regē. Numidiam omnē egregia uictoria peragratā: tacitū continere gaudiū nō poterant,
quin clamoribus qbuſq; aliis multitudo ſolet: lætitiā īmodicā ſignificarēt. Itaq; prætor extemplo edixit,
uti æditui ædes ſacras oēs tota urbe aperirent: circūeundi ſalutandiq; deos agendiq; gratias per totum diē
populo poteſtas fieret. Poſtera die legatos Maſiniſſæ in ſenatū introduxit: gratulati primum ſenatui ſunt:
quod. P. Scipio proſpera res in Africa geſſiſſet: deinde gratias egerūt: quod Maſiniſſam appellaſſet: nō mō
regē: ſed feciſſet reſtituendo paternū regnū: in quo poſt *Syphacē* ſublatum: ſi ita patribus uiſum eſſet: ſine
metu & certamine eēt regnaturus: deinde quod collocādū ꝓ concione ampliſſimis decoraſſet donis: qbus
ne indignus eēt & dediſſe operā Maſiniſſam & porro daturū eſſe: petere ut regiū nomē: cæteraq; Scipiōis
beneficia: & munera ſenatus decreto cōfirmarēt: & niſi moleſtū eēt: illud quoq; petere Maſiniſſam: ut nu
midas captiuos: q Romæ in cuſtodia eēnt: remitterēt: id ſibi amplū apud populares futuꝝ eſſe. Ad ea re
ſponſum legatis: rerū geſtaꝝ in Africa ꝓſpere cōmunē ſibi cū rege gratulationē eſſe. Scipionē recte atq; or
**Munera** dine uideri feciſſe quod eū regē appellauerit: & quicqd aliud fecerit: quod honori foret Maſiniſſæ: ea pres
**Maſiniſ-** cōprobare atq; laudare: munera quæ legati ferrent: regi decreuerūt: ſagula purpurea duo cū fibulis aureis
**ſæ publi** ſingulis: & lato clauo tunicis: equos duos phaleratos: bina equeſtria arma cū loricis & tabernacula milita
**ce ab urbe** remq; ſuppellectilē: qualē præberi cōſuli mos ē. Hæc regi prætor mittere iuſſus: legatus in ſingulos dona
**miſſa** ne minus quinū milliū: comitibus eoꝝ mille æris & ueſtimēta bina: legatis ſingula comitibꝰ numidiſq;
q ex cuſtodia miſſi redderentur: regiæ ad hoc ædes libera loca lauciæ legatis decreta: Eadē æſtate qua hæc
decreta Romæ: & in Africa geſta ſunt. Publius Quintilius Varus prætor: & Marcus Cornelius ꝓconſul
in ag. o inſubriū gallorū cum Magone pœno ſignis collatis pugna uenerunt: prætoris legiones in prima
acie fuerunt: Cornelius ſuas in ſubſidiis tenuit: ipſe ad prima ſigna equo aduectus: proq; duobus cornibꝰ
prætor ac ꝓconſul milites ad inferenda ī hoſtes ſigna ſumma ui hortabant̄: poſteaꝗ nihil cōmouebant,
tum Cornelio Quintilius: lentior: ut uides: fit pugna: inquit: & induratus ꝑter ſpem reſiſtēdo hoſtium ti
mor: ac ne uertat̄ in audaciā: piculū eſt equeſtrē ꝓcellā excitemus: oportet: ſi turbare ac ſtatu mouere uolu
mus. Itaq; uel tu ad prima ſigna præliū ſuſtine: ego inducā in pugnam equites: uel ego hic in prima acie
rem gerā: tu quattuor legionū equites in hoſtē emittito. Vtrā uellet ꝑtor muneris partē ꝓcōſule accipiēte,
Quintilius ꝑtor cū filio: cui Marco ꝑnomē erat: impigro iuuene ad eqtes ꝑgit: iuſſoſq; aſcendere ī equos
repente in hoſtē emittit: tumultū equeſtrē auxit clamor ab legiōis additus: nec ſteriſſet hoſtiū acies: ni Ma
go ad primū equitū motū paratos elephantos extēplo in præliū induxiſſet: ad quoꝝ ſtridorē odoreq; &
aſpectum equiuanū equeſtre prælium fecerūt: & ut in rem permixtis: ubi cuſpide uti: & cōminus gladio
poſſet roboris maioris romanus eques erat: ita in ablatum pauentibus procul equis melius ex interuallo
numidæ iaculabantur: ſimul & peditū legio duodecima magna ex parte cæſa pudore magis quā uiribus
tenebat locum: nec diutius tenuiſſet: ni ex ſubſidiis tertiadecima legio in primā aciem inducta prælium
dubium excepiſſet. Magoq; ex ſubſidiis gallos integræ legiōi oppoſuiſſet: quibus haud magno certami
ne fuſis: haſtati legionis undecimæ conglobant ſeſe: atq; elephantos iam etiam peditum agmen turbantes
inuadunt: in quos cū pila confertos cōieciſſent nullo ferme fruſtra emiſſo omnes retro in aciē ſuoꝝ auer
**Hoſtiū cæ** terunt quattuor grauati uulneribus corruerūt. Tum prima cōmota hoſtiū acies ſimul oībus peditibus: ut
**des ī inſu** auerſos uidere elephantos ad augendū pauorē ac tumultū effuſis: ſed donec ſtetit ante ſigna Mago: gradū
**bribus** ſenſum referentes ordines tenorē pugnæ ſeruabant: poſteaꝗ femine tranſfixo cadentē auferriq; ex ꝓlio ꝓpe
exanguem uidere: extēplo in fugam oēs conuerſi ad. v. millia hoſtiū eo die cæſa: & ſigna militaria duo &
uiginti capta: nec romanis incruenta uictoria fuit. ii. millia: &. xxx. de exercitu ꝑtoris: pars multo maxīa
ex legione. xii. amiſſa: ide & tribuni militū duo Marcus Coſcōius: & Marcus Menius: tertiædecimæ quo
q; legionis: quæ poſtremo ꝓlio affuerat. Gn. Heluius tribunus militū in reſtituenda pugna cecidit: & duo
de. xx. ferme eqtes illuſtres obtriti ab elephantis cū centuriobus aliquot perierūt: & longius certamē fuiſ
ſet: ni uulnere ducis cōceſſa uictoria eſſet. Mago ꝓximæ noctis ſilentio ꝓfectus: ꝗtum pati uiæ ꝑ uulnus
poterat itineribus extētis ad mare in ligures ingaunos ꝑuenit ibi eū legati ab Carthagine paucis ante die
bus in ſinū gallicū appulſis nauibus adierūt: iubētes primo quoq; tpe in Africā traiicere: idem & fratrem
eius Annibalē: nam ad eum quoq; iſſe legatos eadē iubētes facturū: nō in eo eē carthaginenſiū res: ut Gal
**Magonis** liā: atq; Italiā armis obtineant. Mago nō īperio modo ſenatus periculoq; patriæ motus: ſed metuēs ēt ne
**Barchini** uictor hoſtis moranti īſtaret: ligureſq; ipſi relinq Italiā a pœnis cernētes ad eos: quoꝝ mox in poteſtate fu
**interitus** turi eſſent: deficerent: ſimul ſperans leniorē ī nauigatiōe: quā in uia iactationē uulneris fore: & curatiōi oīa
cōmodiora: īpoſitis copiis in naues ꝓfectus uixdū ſuperata *Sardinia* ex uulnere morit̄: naues quoq; ali
quot pœnoꝝ diſiectæ ī alto a claſſe romana: q circa *Sardiniā* erat: capiunt̄. Hæc terra mariq; in parte Ita
liæ: quæ iacet ad alpes: geſta. Cōſul. Gn. *Seruilius* nulla memorabili re in ꝓuincia Ethruria: & Gallia: nā
eo quoq; ꝓceſſerat geſta: patre. Gn. *Seruilio*: &. C. Lutatio patruo ex ſeruitute poſt decimūſextū annū re
ceptis: qui ad uicū Canetū a Boiis capti fuerant: hinc patre: hinc patruo latera circūdantibus priuato ma
gis quā publico decore inſignis Romā rediit. Latū ad populū ē: ne. Gn. *Seruilio* fraudi eēt: quod pře: qui

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſella curuli ſediſſet:uiuo eũ ignoraret:tribun⁹ plebis:atq; ædilis ple.fuiſſet:cõtra quã ſancitũ legibus erat.
Hac rogatiõe perlata ĩ ꝓuinciã rediit ad.Gn.Seruilium cõſulẽ:q in Brutiis erat.Conſentia: Vffugũ. Ver-
gæ: Beſidiæ: Hetriculũ: Sypheũ: Argentanũ: Dampetia:multiq; alii ignobiles populi ſeneſcere punicũ bel-
lũ cernẽtes defecere. Idẽ cõſul cũ Annibale ĩ agro Crotonẽſi acie cõflexit.Obſcura eius pugnæ fama ẽ. Va-
lerius Antias quinque millia hoſtiũ cæſa ait:quæ tãta res eſt:ut aut ĩpudenter ficta ſit:aut negligenter ꝑter-
miſſa.Nihil certe ultra rei ab Annibale ĩ Italia geſtũ ẽ:nã ad eũ quoq; legati ab carthagine uocãtes in Afri
cam iis forte diebus:qbus ad Magonẽ uenerũt.frendẽs:fremẽs:gemẽſq;:ac uix lachrymis tẽperãs dicit le-
gatorũ uerba audiſſe.Poſteaquã edicta ſunt mãdata.Iam nõ ꝑplexe:inqt:ſed palã reuocãt:q uetãdo ſup-
plemẽtũ:& pecuniã mitti iampridẽ retrahebãt. Vicit ergo Annibalẽ nõ populus romana.tociẽs cæſus fu- Atť Anni
gatuſq;:ſed ſenatus carthaginẽſis obtrectatiõe atq; inuidia:neq; hac deformitate reditus mei tam Publius balis q̃rel
Scipio exultabit atq; efferet ſeſe quã Hãno:qui domũ noſtrã:quãdo alia re nõ potuit:ruina Carthaginis las
oppreſſit.Iam hoc ipſum præſagiens aĩo præparauerat ante naues.Itaq; inutili militũ urba præſidii ſpe-
cie in oppida brutii agri:quæ pauca magis metu:quã fide cõtinebant:dimiſſa:qđ roboris ĩ exercitu erat: Digreſſus
in Africã tranſuexit:multis italici generis:quia ĩ Africã ſecuturos abnuẽtes cõceſſerãt in Iunonis Laciniæ Annibalis
delubrũ inuiolatũ ad eũ diem in tẽplo ipſo fœde ĩterfectis:Raro quẽquã aliũ patriã exilii cã relinquẽtem Ex italia
magis mœſtũ abiſſe ferũt.quã Annibalẽ hoſtiũ terra excedẽtẽ:reſpexiſſe ſæpe Italiæ littora:& deos homi-
neſq; accuſantẽ:in ſe quoq; ac ſuũ ipſius caput execratũ qđ nõ cruẽtum ab cannẽſi uictoria militẽ Romã
duxiſſet:Scipionẽ ire ad Carthaginẽ auſum:q cõſul hoſtẽ in Italia pœnũ nõ uidiſſet:ſe centũ millibus ar-
matorũ ad Thraſymenũ & Cannas cæſis:circa Caſilinum:Cumas:Nolãq; cõſenuiſſe Hæc accuſans que-
rẽſq; ex diutina poſſeſſione Italiæ ẽ detractus:Romanã p eoſdẽ dies & Magonẽ:& Annibalẽ ꝓfectos al-
latũ eſt:cuius duplicis gratulatiõis relatio minuit lætitiã:& quod parũ duces in retinẽdis iis:cũ id mãda-
tũ ab ſenatu eẽt:aut animi:aut uiriũ habuiſſe uidebant:& qđ ſolliciti erant:oĩ belli mole in unũ ducẽ ex-
ercitũq; inclinata:quo euaſura eẽt res.Per eoſdẽ dies legati ſaguntini uenerunt cõpræhenſos cũ pecunia ad
ducentes carthaginenſes:qui ad cõducẽda auxilia ĩ Hiſpaniã traieciſſent.ducẽtũ & qnquaginta auri octin-
genta pondo argenti in ueſtibulo curiæ poſuerunt.Hominibus acceptis & in carcerẽ cõditis:auro argen-
toq; reddito:gratiæ legatis actæ:atq; inſup munera data:ac naues qbus in Hiſpaniã reuehererẽtur Mentio
deinde ab ſenioribus facta ẽ:ſegnius hoĩes bona:quã mala ſentire:trãſitum Annibalis in Italia quãtũ ter-
roris pauoriſq; eẽ ſe ſemp meminiſſe:quas deinde clades:quos luctus incidiſſe:uiſa caſtra hoſtiũ e muris Supplica
urbis:q uota ſingulorũ uniuerſorũq; fuiſſe:quotiẽs in cõciliis uoces manus ad cælũ porrigentium audi- tiones de
tas:en unq̃ ille dies futurus eẽt:quo uacuã hoſtibus Italiã bona pace florentẽ uiſuri eſſent: dediſſe id deos cretæ ob
tandẽ ſextodecimo demũ anno:nec eẽ q diis gratias agẽdas cenſeant:adeo ne aduenientẽ qdã gratiã hoĩes diſceſſum
benigne accipere:nedũ ut præteritæ ſatis memores ſint.Conclamatũ.Deinde ex oĩ parte curiæ eſt:uti refer Anniba-
ret Publius Elius prætor decretũq; ẽ:ut.v.dies circa oĩa puluinaria ſupplicaret:uictimæq; maiores ĩmo lis
larent.c.xx.Iam dimiſſo Lælio:legatiſq; Maſiniſſæ cum carthaginẽſium legatos de pace ad ſenatũ uenië
tes Puteolis uiſos inde terra uenturos allatũ eẽt reuocari.C.Læliũ placuit:ut corã eo de pace ageret.Q.
Fuluius Gillo legatus Scipionis carthaginenſes Romã adduxit:qbus uetitis ingredi urbẽ: hoſpitium in
uilla puſilica:ſenatus ad ædem Bellonæ datus ẽ.Orationẽ eandẽ ferme:quã apud Scipionẽ habuerũt:cul
pam oẽm belli a publico cõſilio in Annibale uertẽtes:cum iniuſſu ſenatus nõ Alpes mõ:ſed iberũ quoq;
tranſgreſſum nõ romanis ſolũ:ſed ante ẽt ſaguntinis priuato cõſilio bellũ intuliſſe:ſenatui ac populo car-
thaginẽſium:ſiquis uere exiſtimet:fœdus ad eã diẽ inuiolatũ eẽ cũ romanis.Itaq; nihil aliud ſibi manda-
tum eẽ uti peterent:quã ut in ea pace quæ poſtremo cũ cõſule lutatio facta eſt:manere liceret. Cum more
tradito a patribus poteſtatẽ interrogandi:ſiquis quid uellet:legatos prætor feciſſet:ſenioreſq;q fœderibus
inteſuerant:alia alii ĩterrogarent:nec meminiſſe ſe per ætatẽ & enim omnes ferme iuuenes erant: dicerentt
legati:cõclamatum ex omni parte curiæ eſt:punica fraude electos:qui ueterẽ pacẽ repeterent:cuius ipſius
nõ meminiſſent:emotis deinde curia legatis:ſententiæ interrogari cœptæ.M.Liuius.Gn.Seruilium con-
ſulem:qui ꝓprior eſſet:acceſſendum:ut coram eo de pace ageretur:cẽſebat:cũ de re maiore:quã quãta eẽt
conſultatio:incidere nõ poſſet:nõ uideri ſibi abſente conſulum altero ambobuſue eam rem agi ſatis ex di-
gnitate populo Romano eſſe.Qu.Metellus:qui trienni ante conſul dictatorq; fuerat:cum.P.Scipio cæ-
dendo excercitus:agros populando in ea neceſſitatẽ cõpuliſſet hoſtes:ut ſupplices pacẽ peterent: & nemo
oĩum uerius exiſtimare poſſet:qua mẽte ea pax peteret:quã eũ:q ante portas Carthaginis bellum gereret:
nullius alterius cõſilio:quã Scipionis accipiendã abnuendãq; pacẽ eẽ.M.Valerius leuin⁹:q bis cõſul fue
rat:ſpeculatores nõ legatos ueniſſe arguebat:iubẽdoſq; eos Italia excedere:& cuſtodes cum iis uſq; ad na-
ues mittendos.Scipioniq; ſcribendũ ne bellũ remitteret:Lællius Fuluiuſq; adiecerunt:& Scipionem in eo
poſitam habuiſſe ſpem pacis ſi Annibal & Mago ex Italia nõ reuocarent:cæterũ oĩa ſimulaturos cartha-
ginenſes:duces eos exercituſq; expectantes deinde quãuis recentiũ fœderum:& deorũ oĩum oblitos bellũ
geſturos:eo Magis in Marci Leuinii ſñiam diſceſſum.Legati pace infecta ac prope ſine reſponſo dimiſſi.
Per eos dies.Gn.Seruilius conſul haud dubius quin pacatæ Italiæ penes ſe gloria eſſet: uelut pulſum ab
ſe Annibalẽ pſequens: in Siciliã:inde in Africã tranſiturus traiecit:quod ubi Romæ uulgatũ ẽ:primo cẽ
ſuerunt pres:ut prætor ſcriberet conſuli ſenatum æquum cẽſere ĩ Italiã reuerti eum:deinde cũ ꝑtor ſpretu- Seruilii
rum eum litteras ſuas diceret:dictator ad idipſum creatus.P.Sulpicius ꝓ iure maioris imperii cõſulẽ in cõſulis
Italiã reuocauit.Reliquum anni cũ Marco Seruilio magiſtro equtum circũeundis Italiæ urbibus:q bello ambitio

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

alienatæ fuerant:noſcendiſq; ſingularum cauſis cōſumpſit:Per induciaꝝ tempus & ex Sardinia ab Lentu-
lo prætore centum onerariæ naues cum cōmeatu uiginti roſtrataꝝ præſidio actæ:& ab hoſte:& ab tēpe-
ſtatibus mari tuto ī Africā trāſmiſerunt. Gnæo Octauio.cc.onerariis.xxx.longis nauibus ex Sicilia traii-
ciēdi nō eadē fortuna fuit.ī cōſpectu ferme Africæ ꝓſpero curſu uectum prīo deſtituit:uētus dein uerſus
ī Africum turbauit:ac paſſim naues diſiecit:ipſe cū roſtratis ꝑ aduerſos fluctus īgēti remigū labore enixus
Apollinis ꝓmōtorium tenuit: onerariæ ꝑs maxīa ad Egimuꝝ inſulā ea ſinū ab alto claudit:ī quā ſita car-
thago ē.xxx.ferme millia ab urbe:aliæ aduerſus urbē ipām ad calidas aquas delatæ ſunt:oīa in cōſpectu
Carthaginis erāt. Itaq; ex tota urbe ī foꝝ cōcurſum eſt:magiſtratus ſenatum uocare:populus in curiæ ue-
ſtibulo fremere ne tanta ex oculis manibuſq; amitteret̃ præda. Cum qdē pacis petitæ alii īduciaꝝ:nec dū
enī dies exierat:fidē opponeret:poſtremo ꝓmixto pœne ſenat⁹ populiq; cōſilio:cōſenſum ē: ut claſſe qn-

**Cartha. perfidiæ**

quaginta nauium Aſdrubal Egimurū traiiceret:ideq; ꝑ littora portuſq; diſꝑſas romanas naues colligeret
Deſertæ fuga nautaꝝ primū ab Egimuro:dein ab calidis aq̄s onerariæ Carthaginē puppib⁹ tractæ ſunt.

Nondū reuerterāt ab Roma legati:neq; ſciebāt:quæ ſenatus romani de bello aut pace ſnīa eēt:nec dum
induciaꝝ dies exierat:eo digniorē iniuriā ratus Scipio:ab iis q petiſſent pacē & īducias: ſpē pacis & fidē
induciaꝝ uiolatā eē:legatos Carthaginē Lucium Bebium:Marcū Seruiliū:Luciū Fabiū extēplo miſit: q
cū multitudinis cōcurſu ꝓpe uiolati eēnt:nec reditū tutiorē cernerēt futuꝝ:petierūt a magiſtratib⁹: quoꝝ
auxilio uis ꝓhibita erat:ut naues mitterēt:q ſe ꝓſequerent̃:datæ triremes duæ: cum ab Bragadā flumē
ꝑueniſſent:unde caſtra romana cōſpiciebant̃:Carthaginē rediere. Claſſis punica ad uticā ſtationē habebat
ex ea tres quatriremes ſeu clam miſſo a Carthagine nūcio:ut fieret:ſeu Aſdrubale:q claſſi præerat:ſine pu-
blica fraude auſo facinus:quinqueremē romanā ſuperātē ꝓmōtoriū ex alto repēte aggreſſæ ſunt: ſed neq;
roſtro ferire celeritate ſubter labentē poterāt:neq; trāſilire armati ex humilioribus in altiorē nauē:& defen-
debat̃ egregie:quoad tæla ſuppeditarūt:q̄bus deficiētib⁹:iā nulla alia res eā quā ꝓpinquitas terræ multi-
tudoq; a caſtris in littus effuſa tueri potuiſſet:cōcitatā enī:quāta maxīe ui poterāt:in terrā cū īmiſiſſent:na-
uis tm̄ iactura fcā īcolumes ipſi euaſerūt. Ita alio ſuꝑ aliđ ſcelere cū haud dubie īduciæ ruptæ eēnt:Lællius

**Annibalis in Africā aduēt⁹**

Fuluiuſq; ab roma cū legatis carthaginēſibus ſuꝑuenerunt q̄bus Scipio & ſi nō induciaꝝ fides mō a car-
thaginenſibus:ſed ēt ius gentiū ī legatis ſuis uiolatū eēt tamē ſe nihil nec īſtitutis Po.Ro.nec ſuis moribus
indignū in iis facturū eē cū dixiſſet:legatis dimiſſis:bellū parabat. Annibale iā terræ apprpinquāte iuſſus
e nautis unus aſcēdere ī malū:ut ſpecularet̃:quā teneret regionē:cū dixiſſet ſepulchꝝ dirutū prorā ſpectare
locū abominatus præteruehi iuſſo gubernatore ad Leptim appulit claſſem:atq; ibi copias expoſuit. Hæc

**M. Seruilius T. Claudius cōſ.**

anno in Africa geſta. Inſequētia excedūt in eū annū:quo Marcus Seruilius Gemin⁹:q tū magiſter equum
erat:&.T.Claudius Nero cōſules facti ſunt:cæteꝝ exitu ſuperioris anni cū legati ſociaꝝ urbiū ex Græcia
queſti eēnt uaſtatos agros ab regiis præſidiis:ꝓfectoſq; ī Macedoniā legatos ad res repetēdas nō admiſſos
ad Philippū regē ſimul nunciaſſent:quattuor millia militū cū Sopatro duce traiecta ī Africā dici:ut eſſent
Carthahinēſibus ꝑſidio & pecuniæ aliquātū una miſſum:legatos ad regē:qui hæc aduerſus fœdus facta
uideri p̄ribus nunciarēt:mittēdos cēſuit ſenatus. Miſſi Gaius Terētius Varro:Gnæus Manlius: Marcus
Aurelius:iis tres quīqueremes datæ. Annus īſignis īcēdio īgenti:quo cliuus publicus ad ſolū exuſtus: &
aquaꝝ magnitudine:ſed & annonæ uilitate fuit:p̄terq̄ qđ pace oīs Italia erat apta:ēt qđ magnā uim fru-
mēti ex Hiſpania miſſam Marcus Valerius Falco:& Marcus Fabi⁹ Buteo ædiles curules quaternis æris

**Q. Fabius maximus moritur**

uicatī populo deſcripſerūt. Eodē anno Quint⁹ Fabius Maximus morit̃ exactæ ætatis:ſiquidē ueꝝ ē:au-
gurē duos & quadraginta ānos fuiſſe:qđ qdā auctores ſūt:uir certe fuit dignus tāto cognomīe:uel ſi no-
uū ab eo īciperet:ſuꝑauit p̄rīos honores:auitos æquauit:pluribus uictoriis & maioribus p̄liis auus īſi-
gnis Rullus:ſed oīa æquare unus hoſtis Annibal pōt. cautior tamē quā ꝓmptior hic habitus fuit:& ſicut
dubites utꝝ īgenio cūctatior fuerit:an q̄a ita bello ꝓprie:qđ tū gerebat̃:aptū erat:ſic nihil certius eſt:quā
unū hoīem nobis cūctādo rē reſtituiſſe ſicut Enni⁹ ait. Augur in locū eius inauguratus Quintus Fabius
Maximus filius eius.in eiuſdē locū pōtifex nā duo ſacerdotia habuit Seruius Sulpici⁹ Galba:ludi roma-
ni diē unū:plebeii ter toti īſtaurati ab ædilibus Marco Seſtio Sabino:&.Gn.Tremellio Flacco:ii ambo
p̄tores facti:& cum iis Gaius Liuius Salinator:& Gaius Aure.Cotta:Comitia eius āni utrū Gnæus Ser-
uili⁹ cōſul habuerit:an q̄a eū res ī Ethruria tenuerint:q̄ſtiōes ex ſociis de cōiuratiōibus p̄cipum habentē
dictator ab eo dictus Puplius Sulpitius:ſic īcertum diuerſi auctores faciūt. Principio īſequētis anni Mar-
cus Seruilius & Titus Claudius:ſenatu in capitoliū uocato:de ꝓuinciis rettulerūt:Italiā atq; Africā ī ſor-
tē cōiici:Africā ābo cupiētes uolebāt.cæteꝝ Quīto Metello maxīe ānitēte: neq; data:neq; negata ē Afri-
ca. Cōſules iuſſi cū tribuno plebis agerēt:ut ſi is uideret̃:populū rogarēt:quē uellēt in Africa bellū gerere:
oēs tribus Publiū Scipionē iuſſerunt:nihilomin⁹ cōſules ꝓuinciā Africā (ita.n.ſenatus decreuerat) ī ſor-
tem cōiecerunt. Tito Claudio Africa euenit:ut quinquaginta nauiū claſſem:oēs quinqueremes in Africā

**Prouīciarum ordinatio**

traiiceret:pariq; īperio cum Scipiōe īperator eēt. M.Seruilius Ethruriā ſortitus. In eadem ꝓuīcia &.Gn.
Seruilio ꝓrogatū imꝑium:ſi cōſules manere ad urbē ſenatui placuiſſet. Prætores. M.Sextius Galliā ē ſor-
titus: ut duas legiōes ꝓuinciāq; traderet ei.P.Quintilius Varus.C.Liuius brutios cum duabus legioni-
bus:quib⁹.P.Sēpronius ꝓcōſul prioris anni præfuerat. Gn.Tremellius Siciliam:ut ab Appio Appu-
lo prætore prioris anni ꝓuinciā:& duas legiōes accipere. Iulius ꝓprætor cū.xx.nauibus longis militib⁹
mille orā Siciliæ tutaret̃:inde.M.Pōponius.xx.nauibus reliquis mille & quingētos deportaret milites
Romā. C.Aurelio Cottæ urbana euenit:cæteris:ita uti quiſq; obtinebāt ꝓuincias exercituſq;: prorogata

imperia:ſedecim nō amplius anno eo legionibus defenſum imperiū eſt:& ut a placandis diis oīa incipe-
rent agerētq;:quos ludos Marco Claudio Marcello. T.Quintio cōſulib⁹. Titus Manli⁹dictator quaſq;
hoſtias maiores uocauerat:ſi p qnquēniū illud reſpublica eodē ſtatu fuiſſet:ut eos cōſules:priuſquam ad
bellū proficiſcerentur: facerent. Ludi in circo p quatriduū facti:hoſtiæq;:qbus uotæ erāt diis:cæſæ. Inter
hæc ſimul ſpes:ſimul cura in dies creſcebat:nec ſatis certū conſtare apud aīum poterat:utrū gaudio dignū
eſſet Annibalē poſt ſextūdecimū annū ex Italia decedentē uacuā poſſeſſionē eius reliquiſſe Po.Ro.an ma
gis metuendū:qđ incolumi exercitu in Africā traieciſſet:locū nimirū nō periculū mutatū cuius tātæ dimi
cationis uatem:q nup deceſſiſſet.Q. Fabiū haud fruſtra canere ſolitū:grauiorē in ſua terra futurū hoſtē
Annibalē:quā in aliena fuiſſet:nec Scipioni aut cū Syphace īconditæ barbariæ rege:q ſtatarios ſemilixas
ducere exercitibus ſolitus ſit:aut cū ſocero eius Aſdrubale fugaciſſimo duce rem futurā:aut tumultuariis
exercitibus ex agreſtiū ſemiermi turba ſubito collectis:ſed cū Annibale ꝓpe nato in prætorio pr̄is fortiſſi
mi ducis alito atq; educato īter arma puero:quōdā milite uixdū iuuene īperatore q ſenex uincēdo factus
Hiſpanias:Gallias.Italiā ab alpib⁹ ad fretū monumētis īgentiū rerū compleſſet:ducere exercitū equalem
ſtipendiis ſuis duratū oīum rerū patiētia:quas uix fides fiat hoīes paſſos:perfuſum millies cruore roma-
no:exuuias:nō militū modo:ſed ēt īperatorū portantē:multos occurſuros. Scipioni in acie q prætores:q
cōſules romanos ſua occidiſſent:muralibus uallaribuſq; inſignes coronis peruagatos capta caſtra:captas
urbes romanas:nō eſſe hodie tot faſces magiſtratibus Po.Ro.quot captos ex cæde īperatorū præ ſe ferre
poſſet Annibal. Has formidines agitando aīs ipſi curas & metus augebāt:& iam quod cū aſſueſſent p ali
quot annos bellū ante oculos aliis atq; aliis in Italiæ patribus lenta ſpe ī nullū ꝓpinquū debellādi finem
gerere:erexerat oīum aīos Scipio & Annibal uelut ad ſupremū certamē cōparati duces: ii quoq; qb⁹ erat
ingens in Scipione fiducia & uictoriæ ſpes:quo magis:in ꝓpinquā eā īminebant aīs:eo curæ intentioris
erāt. Haud diſpar habitus animorū Carthaginenſibus erat:quos mō petiſſe pacē intuētes Annibalē ac re-
rū geſtaꝝ eius magnitudines pœnitebat:mō cū reſpicerent bis ſeſe acie uictos Syphacē captū:pulſos ſe Hi-
ſpania pulſos Italia:atq; ea oīa unius uirtute & cōſilio Scipionis facta:uelut fatalē eū ducē ī exitiū ſuū na
tū horrebant. Iam Adrumētū ꝑuenerat Annibal:unde ad reficiēdū ex iactatōe maritima militē paucis die
bus ſumptis:excitus pauidis nūciis oīa circa Carthaginē obtineri armis afferētiū magnis itinerib⁹ Zamā
cōtendit. Zama quinq; dierū iter ab Carthagine abeſt:īde pmiſſi ſpeculatores cū excepti a cuſtodibus Ro
manis deducti ad Scipionē eēnt:traditos eos tribunis militū:iuſſoſq; omiſſo metu uiſer oīa p caſtra:qua
uellē:circūduci iuſſit:ꝑcunctatoſq; ſatin ꝑcōmode oīa exploraſſent:datis q pſequerent:retro ad Anniba-
lē dimiſit. Annibal nihil qdē coꝝ q nunciabant:nā & Maſiniſſam cū ſex millibus peditū:quattuor eqtū
ueniſſe eo ipſo forte die afferebāt:læto aīo audiuit:maxime hoſtis fiducia:quæ nō de nihilo ꝓfecto cōce-
pta eſt perculſus. Itaq; q̄q̄ & ipſe cā belli eius erat:& aduētu ſuo turbauerat pactas inducias & ſpē fœdeꝝ
tamen ſi integer:quā ſi uictus peteret pacē æquiora poſſe īpetrari ratus:nunciū ad Scipionem miſit:ut col
loquēdi ſecū poteſtatē faceret. Id utrum ſua ſponte fecerit an publico cōſilio:neutrum cur affirmē: habeo.
Valerius Antias primo prælio uictum eū a Scipione:quo duodecim millia armatorum ī acie ſunt cæſa:
mille & ſeptingēti capti:legatū cū aliis decē legatis tradit in caſtra ad Scipionē ueniſſe:cæteꝝ Scipio cū col
loquium haud abnuiſſet:Ambo ex cōpoſito duces caſtra ꝓtulerūt:ut coire ex propinquo poſſent. Scipio
haud ꝓcul Nadagara urbe tū ad cætera loco opportuno:tū qđ aquatio ītra teli cōiectū erat:cōſedit. An-
nibal tumulū a q̄ttuor militibus īde tutū cōmodūq;:alioqn:niſi qđ lōginquæ aquatōis erat:cepit:ibi in
medio loc⁹ cōſcept⁹ undiq;:neqd īſidiaꝝ eēt delectus:ſūmotis pari ſpatio armatis:cū ſingulis interp̄tibus
congreſſi ſunt. Non ſuæ mō ætatis maximi duces:ſed omnis ante ſe memoriæ oīum gentiū:cuiuſlibet re
gum imperatorūue pares pauliſper alter alterius conſpectu admiratione mutua prope attoniti cōticuere.

Ro. curæ de futuræ pugnæ exitu.

Vbi Zama ſit

Att. Scipionis & Annibalis cōgreſſum

Tum Annibal prior. Si hoc ita fato datū erat:ut qui primus bellū intuli Po. Ro.quiq; totiēs ꝓpe in
manibus uictoriā habui:is ultro ad pacē petēdā uenirē:lætor te mihi ſorte potiſſimū datū a quo pacem
peterēt. Tibi quoq; īter multa egregia nō in ultimis laudū hoc fuerit. Annibalē cui tot de romanis duci-
bus uictoriā dii dediſſent:tibi ceſſiſſe:teq; huic bello uřis plus q̄ nřis cladib⁹īſigni finē īpoſuiſſe. Hoc quo
q; ludibriū fortuna:an caſus ædiderit:ut cū pr̄e tuo cōſule cœpi arma:cū eodē primū Romāo īperatore
ſigna cōtulerim:ad filiū ei⁹ inermis ad pacē petēdā ueniā. Optimū qdē fuerat eā p̄ribus nřis mentē datam
ab diis eē:ut & uos Italiæ:& nos africæ īperio cōtenti eſſemus:neq;.n.ne nobis qdē Sicilia:atq; Sardinia
ſatis digna prætia ſunt:ꝓ tot claſſibus:tot exercitibus:tot tāq; egregiis amiſſis ducibus ſed præterita ma-
gis rep̄hendi poſſunt:quā corrigi:ita aliena appetiuimus:ut de nřis dimicaremus:nec in Italia ſolū uobis
bellū:nobiſq; in Africa ē:ſed & uos ī portis uřis ꝓpe ac mœnibus ſigna armaq; hoſtiū uidiſtis:& nos ab
Carthagine fremitū caſtroꝝ romanoꝝ exaudiuimus. Quod igit nos maxime abominaremur: uos aūt
ante oīa optaretis:ī meliore uřa fortūa de pace agit:agimuſq; ii:quoꝝ & maxīe ītereſt pacē eē:& q quod
cunq; egerimus:ratū ciuitates nřæ hituræ ſint:aīo tātū nobis opus ē nō abhorrēte a qetis conſiliis:qđ ad
me attinet:iā ætas ſenē ī p̄riā reuerētē:unde puer ꝓfectus ſum:iā ſecūdæ iā aduerſæ res ita erudierūt:ut ra-
tionē ſeq: q̄ fortunā maliō:tuā & adoleſcētiā:& ꝑpetuā felicitatē:ferociora utraq;:q̄ qetis opus eſt cōſiliis
metuo nō temere īcerta caſuū reputat:quē fortuna nūq̄ decepit:qđ ego fui ad thraſymenū:ad Cānas:id tu
hodie es:uixdū militari ætate īperio accepto oīa audaciſſime īcipiētē nuſq̄ fefellit fortuna:p̄ris & patrui ꝑ
ſecutus mortē ex calamitate uřæ dom⁹ decus īſigne uirtutis pietatiſq; eximiæ cepiſti:amiſſas hiſpanias re
cuperaſti,iiii, inde punicis exercitibus pulſis:cōſul cū cæteris ad tutandum Italiā paꝝ animi eēt: tranſgreſ-

Att. Annibalis uerba

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſus in Africá duobus hic exercitibus cæſis:binis eadē hora captis ſimul īcenſiſq; caſtris. Syphace potētiſſi/
mo rege capto:tot urbibus regni eius:tot nr̄i īperii ereptis:me ſextúdecimú iá annú hærentem ī poſſeſſiōe
Italiæ detraxiſti:pōt uictoriá inq̄ malle:quá pacē aīus:noui uobis ſpiritus magis magnos:quá utiles:&
mihi talis aliq̄do fortuna affulſit:qđ ſi in ſcđis rebus boná mentē quoq; donarent dii:nō ea ſolú:q̄ eueniſ
ſent:ſed ēt ea q̄ euenire poſſent:reputaremus:ut oīum obliuiſcaris:alioꝝ ſatis ego documenti in oēs caſus
ſum:quem mō caſtris īter anienem atq; urbē Romá poſitis:ſigna īferentem ad mœnia Romana uideras:
hic cernas duobus fortiſſimis uiris fratribꝰ clariſſimis īperatoribꝰ orbatú ante mœnia ꝓpe obſeſſæ priæ:
quibus terrui uſtram urbem:ea ꝓ mea deprecātem:maxīe cuiq; fortunæ minime credendú eſt. In bonis tuis
rebus nr̄is dubiis tibi ampla ac ſpecioſa dáti eſt pax:nobis petentibus magis neceſſaria quá honeſta meli/
or tutiorq; eſt certa pax:quá ſpata uictoria:hæc ī tua:illa ī deoꝝ manu eſt:ne tot annoꝝ felicitatem in uni
us horæ dederis diſcrimē:cú tuas uires:tú uim fortunæ martēq; belli cōmunē ꝓpone aīo:utrinq; ferrú:
corpora humana erunt:nuſq̄ minus:quá in bello euentus reſpōdent:nō tantú ad id quod data pace iá ha
bere potes:ſi prælio uincas:gloriæ adieceris:q̄tum ademeris:ſiqd aduerſi eueniat:ſimul parta ac ſperata de

Reguli exēplum ab Anniꝰ bale ꝓpo nitur Sci/ pioni

cora unius horæ fortuna euertere pōt:oīa in pace iungēda tuæ poteſtatis ſunt. Publi Corneli:túc ea haben
da fortuna erit:quá dii dederint. Inter pauca felicitatis uirtutiſq; exēpla. M. Attilius quōdá in hac eadē ter
ra fuiſſet ferť:qui ſic uictor pacē petentibꝰ pr̄ibus nr̄is abnuit:ſed nō ſtatuendo tádem felicitati modú:nec
cohibēdo efferentē ſe fortuná:q̄to altius elatus erat:eo fœdius corruit. Eſt quidem eius:qui dat nō q petit
cōditiōes dicere pacis:ſed forſitá nō īdigni:ſimus:q nobiſmetipſis multá irrogemus:qui non recuſamus:
qn oīa:pp q̄ bellú initum eſt:ueſtra ſint. Sicilia:Sardinia Hiſpania:qcqd īſulaꝝ toto īter Africam Italiá
q; cōtineť mari:Carthaginenſes incluſi Africæ littoribus:uos q̄do:ita diis placuit:externa eſt terra mariq;

Scipionis reſpōſum

uideamus regētes impia. Haud negauerim pp nō nimis ſincere petitá:aut expectatá nup pacem:ſuſpectá
eſſe uobis punicá fidē:multá:p quos petita ſit:ad fidem tuendæ pacis ptinet:Scipio ur̄i quoq;:ut audio:
pr̄es nō nihil ēt ob hoc:qa paꝝ dignitatis in legatiōe erat:negauerunt pacē:Annibal peto pacē:q neq; pete
rem:niſi utilē crederem:& pp eádem utilitatem tuebor eá:pp quá petii. Et quēadmodú qa a me bellum cō
ceptú eſt:nequē eius pœniteret:quoad ipſi nō īuidere dei pſtiti:ita annitar nequē pacis p me partæ pœnite
at. Ad hæc īperator romanus in hác fere ſniām reſpōdit. Non me fallebat Annibal aduētus tui ſpe cartha/
ginenſes & pſentē induciaꝝ fidē:& ſpem pacis turbaſſe:neq; tu id ſane diſſimulas:qui de cōditiōibus ſu/
perioribus pacis oīa ſubtrahis:pter ea:q̄ iápridē in nr̄a ptáte ſunt:ceteꝝ ſicut tibi curæ eſt ſentire ciues tuos,
q̄to p te onere leuenť:ſic mihi laborádum eſt:neq; tunc pepigerút:hodie ſubtracta ex cōditiōibus pacis p/
mia pfidie habeanť:indigni quibus eadē pateat cōditio:ut ēt ꝓſit uobis fraus petitis:neq; pr̄es nr̄i priores
de Sicilia:neq; nos de Hiſpania fecimus bellum:& tum mamertinoꝝ ſocioꝝ piculum:& túc Sagunti ex
cidiú nobis pia ac iuſta induerút arma:uos laceſſiſſe:& tu ipſe fateris:& dii teſtes ſunt:q & illius belli exi/
tum ſecúdú ius faſq; dederút& huius dant & dabút. Quod ad me attinet:& humanē īfirmitatis memini:
& uim fortunæ reputo:& oīa q̄cúq; agimus:ſubiecta eē mille caſibus ſcio:cæterum quēadmodú ſuperbe
& uiolenter me facere faterer:ſi prius quá in Africá traieciſſem:te tua uoluntate cedentē Italia:& īpoſito in
naues exercitu ipſm uenientē ad pacē petendá aſpernarer:ſic núc cú ꝓpe manu cōſertú reſtitantē ac tergiuer
ſantē in Africá attraxerim:nulla ſum tibi uerecúdia obſtrictus:ꝓinde ſiqd ad ea:in q̄ tú pax cōuentura ui/
debatur:q̄ ſunt:noſti multa:nauiú cú cōmeatu p inducias expugnataꝝ:legatorúq; uiolatorú adiicitur:eſt
quod referam ad conſiliú:ſin illa quoq; grauia uidenť:bellú parate:quoniá pacē pati non potuiſtis. Itaq;
infecta pace ex colloqo:cú ſe ad ſuos recepiſſent:fruſtra uerba pacata renunciant:armis decernēdú eſſe:ha/
bendamq; eam fortuná:quá dii dediſſent:in caſtra ut eſt. uentum ꝓnunciant ambo arma expedirent mili
tes:animoſq; ad ſupremú certamē nō in unú diē ſed in perpetuú ſi felicitas adeſſet:uictores. Roma an Car
thago iura gētibus daret:ante craſtriná noctem ſcituros:neq;.n. Africam aut Italiá:ſed orbem terrarú ui/
ctoriæ pmiú fore:par periculú præmio:qbus aduerſæ pugnæ fortuna fuiſſet:nam neq; romanis effugiú
ullum patebat in aliena ignotaq; terra:ēt Carthagini ſupremo auxilio effuſo adeſſe uidebatur præſens ex
cidium. Ad hoc diſcrimē ꝓcedūt poſtero die duorú opulētiſſimorú populorú duo longe clariſſimi du/
ces duo fortiſſimi exercitus:multa ante parta decora aut cumulaturi eo die:aut euerſuri. Anceps igiť ſpes
& metus miſcebant aīos:contēplantibuſq; modo ſuá:modo hoſtiú aciē:cú oculis magis:quá ratione pen
ſarent uires:ſimul læta:ſimul triſtitia obuerſabanť:q̄ ipſis ſua ſpontē nō ſuccurrebát:ea duces admonēdo
atq; ortando ſubiiciunt. Pœnus. xvi. annorú in terra Italia res geſtas:tot duces romanos:tot exercitus oc/

Scipiōis ſtratage/ ma

cidione occiſos:& ſua cuiq; decora:ubi ad inſignem alicuiꝰ pugnæ memoria militem uenerat:referebat.
Scipio Hiſpanias:& recentia in Africa prælia:& cōfeſſionē hoſtiú:qđ neq; nō petere pacē pp metú:neq;
manere in ea præ inſita aīs pfidia potuiſſent:ad hoc colloquiú Annibalis in ſecreto habitú ac liberú fingē/
ti qua uelit flecti ominať:quibus quōdam auſpiciis pr̄es eorú pugnauerint ad Egatis īſulas:ea illis exeú/
tibus in aciē portēdiſſe deos:adeſſe finē belli ac laboris:in manibus eē prædam Carthaginis:redditú do/
mú in patriá ad parēte :liberos:cōiuges:penateſq; deos:adeo celſus hæc corpore uultuq; ita læto:ut uiciſ
ſe iam crederes:dicebat. Inſtruit deinde primos haſtatos:poſt eos pricipes:triarii poſtremá aciē clauſit:nō
cōfertas aút cohortes ante ſua quēq; ſigna īſtruebat:ſed manipulos aliquátú inter ſe diſtátes:ut eēt ſpatiú:
quo elephanti hoſtiú accepti nihil ordines turbarent. Lællium:cuius ante legati eo anno q̄ſtoris extra ſor/
tem ex. S. C. opera utebať cú Italico equitatu ab ſiniſtro cornu. Maſiniſſam:numidaſq; ab dextero oppo
ſuit:uias patentes inter manipulos anteſignatiorum uelitibus:ea túc leuis armatura erat:compleuit:dato

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

præcepto ut ad ĩpetum elephantoꝝ aut poſt rectos refugerẽt ordines: aut ĩ dexterã leuãqꝫ diſcurſu appli-
cantes ſe anteſignanis: uiã qua irruerent in ancipitia tæla bælluis darent. Annibal ad terrorẽ primum ele-
phantos. lxxx. autẽ erant: quot nulla unq̃ in acie ante habuerat: inſtruxit: deinde auxilia ligurũ gallorũqꝫ
balearibus mauriſqꝫ admixtis: in ſecunda acie carthaginenſes afroſqꝫ & macedonũ legionẽ modico inter-
uallo relicto ſubſidiariã aciẽ italicoꝝ militũ: brutii pleriqꝫ erant ui ac neceſſitate plures: quã ſua uoluntate
decedentẽ ex Italia ſecuti inſtruit. Eq̃tatum ẽt ipſum circundedit cornibus: dexteꝝ ſiniſtrũ numidæ tenue
runt. Varia exhortatio' erat in exercitu inter tot hoĩes: q̃bus nõ lingua: nõ mores: nõ lex: nõ arma: nõ ue-
ſtitus habituſqꝫ: nõ cã militandi eadẽ eẽt: auxiliaribus & præſens & multiplicata merces ex ꝑda oſtẽtant':
galli ꝓprio atqꝫ inſito in romanos odio accẽdunt': liguribus cãpi uberes Italiæ deductis ex aſprimis mõ
tibus ĩ ſpem uictoriæ oſtẽtant': mauros numidaſqꝫ ĩ Maſiniſſæ ĩpotẽti futuros dominatu terret: aliis aliæ
ſpes ac metus iactãtur: carthaginenſib' mœnia patriæ: dii penates: ſepulcra maiorũ: liberi cũ parentib': cõ
iuges pauidæ: aut excidiũ ſeruitiũqꝫ: aut ĩperiũ orbis terraꝝ nihil aut ĩ metũ aut in ſpem mediũ oſtentat'.
Cum maxime hæc ĩperator apud carthaginenſes duces ſuaꝝ gentiũ: ĩter populares pleraqꝫ ꝑ interpretes ĩ-
termixtos alienigenis ageret: tubæ cornuaqꝫ ab romãis cecinerũt: tãtuſqꝫ clamor ortus: ut elephanti ĩ ſuos
ſiniſtro maxĩe cornu conuerterent': mauris ac numidis addidit facile Maſiniſſa ꝑculſis terrorẽ: nudauitqꝫ
ab ea parte aciẽ eq̃ſtri auxilio: paucæ tamẽ beſtiaꝝ ĩtrepidæ ĩ hoſtẽ actæ ĩter uelitũ ordines cũ multis ſuis
uulneribus ingentẽ ſtragẽ ædebãt: reſiliẽtes. n. ad manipulo uelites: cũ uiã elephãtis: ne obtererẽt': feciſſent:
in eas ancipites ad ictum utrinqꝫ cõiiciebãt haſtas nec pila ab anteſignanis ceſſabant: donec undi incidenti
bus tælis exacti ex romana acie: hi quoqꝫ ĩ ſuo dextero cornu ipſos carthaginẽſiũ equites ĩ fugã uerterũt.
Lælius: ut turbatos uidit hoſtes: addit ꝑculſis terror': utriqꝫ equite nudata erat punica acies: cũ pedes con
curit nec ſpe: nec uiribus iã par: ad hoc dictu ꝑua: ſed magna eadẽ ĩ re gerẽda momenti res: cõgruens cla-
mor a romanis eoqꝫ maior & terribilior: diſſonæ illis ut gẽtiũ multaꝝ diſcrepãtibus lĩguis uoces: pugna
romana ſtabilis & ſuo & armoꝝ põdere ĩcumbentiũ ĩ hoſtẽ: cõcurſatio & uelocitas illĩc maior: quã uis.
Igit' prĩo ĩpetu extẽplo mouere loco hoſtiũ aciẽ romani: ala deĩde & umbõibus pulſantes ĩ ſummotos gra
du illato: aliq̃tũ ſpatii uelut nullo reſiſtẽte ĩceſſere: urgẽtib' & nouiſſimis prĩos ut ſemel morã aciẽ ſenſere
q̄d ipſum uim magnã ad pellendũ hoſtẽ addebat. Apud hoſtes auxiliares cedẽtes ſecũda acies afri & car-
thaginẽſes adeo nõ ſuſtinebãt: ut cõtra ẽt ne reſiſtẽtes ꝑtinaciter prĩos cæddo ad ſe ꝑueniret: hoſtis pedẽ re
ferre. Igit' auxiliares terga dãt: repẽte & ĩ ſuos uerſi partĩ refugere ĩ ſecũdã aciẽ ꝑtim nõ recipientes cædere
uti pauloãte nõ adiuti: & tũc excluſi: & ꝓpe duo iã ꝑmixta ꝑlia erãt: cum carthaginẽſes ſimul cũ hoſtibus
ſimul cũ ſuis cogerent' cõſerere manus: nũ tamen ita ꝑculſos iratoſqꝫ ĩ aciem accepe: ſed denſatis ordinibus
ĩ cornua uacuũqꝫ circa cãpum extra ꝑliũ eiecere pauidos fuga uulneribuſqꝫ milites: ne certã & integrã aciẽ
miſcerẽt. Cæterũ tãta ſtrage hoĩum armorũqꝫ locũ ĩ quo ſteterãt: ante auxiliares cõpleuerã: ut ꝓpe diffici-
lior trãſitus eẽt: quã ꝑ cõfertiſſimos hoſtes fuerat: itaqꝫ q primi fuerũt haſtati ꝑ tumulos corpoꝝ armorũ
qꝫ & tabẽ ſanguinis: qua q̃ſqꝫ poterat: ſequẽtes hoſtẽ: & ſigna: & ordines cõfuderunt: prĩcipũ quoqꝫ ſigna
fluctuare cœperãt uagã ante ſe cernẽtes aciẽ: q̄d Scipio: ubi uidit: receptui ꝓpere canere haſtatis iuſſit: & ſau
ciis ĩ poſtremã aciẽ ſubductis: prĩcipes triarioſqꝫ ĩ cornua ĩducit: quo tutior firmiorqꝫ media haſtatorum
acies eẽt: ita nouũ de ĩtegro ꝑlium ortũ ẽ: q̃ppe ad ueros hoſtes ꝑuentum erat: & armoꝝ genere: & uſu mili
tiæ: & fama reꝝ geſtaꝝ: & magnitudine uel ſpei: uel ꝑiculi pares: ſed numero romanus ſuꝑior erat: & aĩo
q̄d iã eq̃tes: iã elephãtos fuderat: iã prĩa acie pulſa in ſcđa pugnabat. In tp̃e Lælius: ac Maſiniſſa pulſos ꝑ
aliquãtum ſpatii ſecuti eq̃tes: reuertẽtes ĩ auerſam hoſtiũ aciẽ ĩcurrere: is demũ eq̃tũ ĩpetus ꝑculſit hoſtem:
multi circũuenti una ue cæſi ꝑ patẽtẽ circa cãpum fuga ſparſi tenẽte oĩa eq̃tatu paſſim ĩterierũt: carthaginẽ
ſiũ ſocioꝝ cæſa eo die ſupra millia uigĩti. par ferme numerus captus ẽ cũ ſignis militaribus centum trigĩta
tribus elephãtis undecim. Victores ad decẽ milia cecidere: Annibal cũ paucis equitibus ĩter tumultum cla-
pſus Adrumẽtum ꝑfugit: oĩa & in ꝑlio & ante aciẽ: prinſq̃ excederet pugna exꝑtus: & cõfeſſione ẽt Scipio
nis omniũqꝫ ꝑitoꝝ militiæ illã laudẽ adeptus: ſingulari arte aciẽ eo die inſtruxiſſe: elephãtos in prima frõ
te: quoꝝ fortuitus impetus atqꝫ intolerabilis uis ſigna ſequi. & ſeruare ordines: in quo plurimum ſpei po
neret: romanos ꝓhiberet: deĩde auxiliares ante carthaginẽſium aciẽ: ne hoĩes mixti ex colluuione omniũ
gentiũ: quos nõ fides teneret: ſed merces libeꝝ receptũ fugæ haberent: ſimul primũ ardorẽ atqꝫ ĩpetum ho-
ſtium excipientes fatigarẽt: ac ſi nihil aliud alii miſſilibus: alii uulneribus ſuis ferrũ hoſtium hebetarẽt: tũ
ubi oĩs ſpes eſſet: milites carthaginẽſes afroſqꝫ: ut oĩbus rebus aliis pares: eo q̄d ĩtegri cum feſſis ac ſauciis
pugnarẽt: ſuꝑiores eẽnt italicos ĩteruallo quoqꝫ direptos ĩcertos: ſocii an hoſtes eſſent: ĩ poſtremã aciẽ ſum
motos. Hoc edito uelut ultimo uirtutis ope Annibal cum Adrumẽtum ꝑfugiſſet: accituſqꝫ ĩde Carthagi-
nem. vi. ac. xxx. anno: poſteaq̃ puer ĩde ꝓfectus erat: rediſſet: faſſus ĩ curia eſt nõ ꝑlio mõ ſe eſſe: ſed bello ui
ctum: nec ſpẽ ſalutis alibi: quã ĩ pace ĩpetrãda eſſe. Scipio cõfeſtim expugnatis a ꝑlio hoſtium caſtris dire
ptiſqꝫ: cum ingẽti ꝑda ad mare ac naues rediit nuncio allato. P. Lentulũ cũ. l. roſtratis. c. onerariis nauibus
cum oĩ genere cõmeatus ad Vticã acceſſiſſe. Admouendũ igit' undiqꝫ terrorem ꝑculſæ Carthagini ratus:
miſſo Lælio Romã cum uictoriæ nuncio. Gn. Octauiũ terreſtri itinere ducere legiones Carthaginem iu-
bet: ipſe ad ſuã ueterem noua Lentuli claſſe adiuncta: ꝓfectus ab Vtica portũ Carthaginis petiit. Haud ꝓ-
cul aberat: cũ uelata infulis ramiſqꝫ oleæ carthaginenſium occurrit nauis: decem legati erant principes ciui
tatis auctore Annibale miſſi ad petendam pacem: qui cum ad puppim prætoriæ nauis acceſſiſſent uelamẽ
ta ſupplicum porrigentes orantes implorãteſqꝫ fidem & miſericordiã Scipionis: nullum iis aliud reſpon

Annibalis ſtratagema

Elephãtorum conſternatiõe utrinque eq̃tatu nudatur hoſtium acies

Attur poenoꝝ ſtrategem

Annibalis laus

Annibal pacem petendam cenſet

ſum datũ:quã ut Tunetẽ uenirẽt:eo ſe moturũ caſtra ipſe ad cõtemplandũ ſitũ Carthaginis nõ tã noſcendi
in præſentia:quã terrẽdi hoſtis cã. Vtica eodẽ Octauio reuocato rediit. Inde ꝓcedentibus ad Tunetẽ nun
cius allatus Verminã Syphacis filiũ cũ equitibus pluribus:quã peditibꝰ uenire carthaginẽſibus auxilio:
pars exercitus cũ oĩ equitatu miſſa:ſaturnalibus primis agmẽ aggreſſa numidarũ leui certamine fudit:exi
tu quoqꝫ fugæ intercluſo parte oĩ circũdatis eqtibus.xv.millia hoĩum cæſa:mille &.cc.uiui capti ſunt:&
equi numidici mille:& qngenti:ſigna militaria duo &.lxx.regulus ipſe in tumultũ cũ paucis effugit. Tũ
ad Tunetẽ eodẽ:quo antea loco caſtra poſita legatiqꝫ.xxx.Carthagine ad Scipionẽ uenerũt:& illi qdem

Atẽ.recẽ/tẽ hoſtiũ cladem

multo miſerabilius:quã ante:qa magis cogebat fortuna:egerũt:ſed aliq̃to minore tamẽ miſericordia ab
recentis memoria pfidiæ auditi ſunt:q̃q̃ iuſta ira oẽs ad delendã ſtimulabat Carthaginẽ:tamẽ cũ & quã
ta res eẽt:& quã longi tẽporis obſidio tã inuictæ:& tã ualidæ urbis reputarẽt:& ipſum Scipionẽ expecta
tio ſucceſſoris futuri ac uenturi ad paratã alterius labore ac periculo finiti belli famã ſolicitaret:ad pacem
omniũ animi uerſi ſunt. Poſtero die reuocatis legatis:& cũ multa caſtigatiõe pfidiæ monitis:ut tot cladi/
bus edocti tãdẽ deos & iuſiurandũ eẽ crederent:cõditiones pacis dictæ:ut liberi legibus ſuis uiuerẽt:quas
urbes:quoſqꝫ agros qbuſqꝫ finibus ante bellũ tenuiſſent:tenerẽt populãdiqꝫ finẽ eo die romanus faceret:
perfugas fugitiuoſqꝫ & captiuos oẽs redderẽt romanis:& naues roſtratas p̃ter triremes traderent:elephã/
toſqꝫ:quos haberent domitos:neqꝫ domarent alios:bellũ neue ĩ Africa:neue extra Africã iniuſſu Po.Ro.
gererent. Maſiniſſæ res redderent:fœduſqꝫ cũ eo facerent:frumẽtũ ſtipendiumqꝫ auxiliis:donec ab Roma
legati ueniſſent:pſtarent.x.millia talentũ argenti deſcripta penſionibus æquis in annos.l.ſoluerent:cẽtũ ar
bitratu Scipionis darent:nec minores.xiiii.annis.neu.xxx.maiores:ĩducias ita ſe daturũ:ſi p priores ĩdu
cias naues onerariæ captæ quæqꝫ fuiſſent ĩ nauibꝰ reſtituerent̃:aliter nec inducias:nec ſpem pacis ullã eſſe.

Has cõditiões legati cũ domũ referre iuſſi in cõcionẽ ederẽt:& Giſgo ad diſſuadendũ pacẽ ꝓceſſiſſet:

Conditio nes pacis dictæ car/taginẽſibꝰ ã ſcipione

audireturqꝫ a multitudine ĩqeta & ĩbelli:ĩdignatus Annibal dici ea ĩ tali tpe audiriqꝫ: & arreptũ Giſgonẽ
manu ſua ex ſupiore loco detraxit:q̃ ĩſueta liberæ ciuitati ſpecies cũ fremitũ populi mouiſſet:& pturbatus
militaris uir urbana libertate. Nouẽ:inqt annoꝝ a uobis ꝓfectus poſt ſextũ & triceſimũ annũ redii:mili
tares artes:quas me a puero fortuna nũc priuata:nũc publica docuit:ꝓbe uideor ſcire urbis ac fori iura le/
ges mores uos me oportet:doceatis:excuſata imprudentia diſſeruit de pace multis uerbis:quã nec iniqua
& neceſſaria eẽt:id oĩum maxĩe difficile erat:qđ ex nauibus p ĩducias captis nihil p̃ter ipſas cõparebat na
ues:nec inqſitio erat facilis:cũ aduerſantes paci arguerent̃:placuit naues reddi:& hoĩes undiqꝫ ĩquiri:cæte
ra q̃ abeſſent:æſtimanda Scipioni pmitti:atqꝫ ita pecunia luere carthaginẽſes. Sũt qui Annibalẽ ex acie ad
mare pueniſſe:ĩde p̃parata naue ad regẽ Antiochũ extẽplo ꝓfectũ tradãt: poſtulantiqꝫ ante oĩa Scipioni:
ut Annibali ſibi traderet̃:reſpõſum ẽ Annibalẽ ĩ Africa nõ eẽ. Poſteaq̃ redierũt ad Scipionẽ legati:qꝙ pu/
blica in nauibus fuerãt:ex publicis deſcripta rõnibus q̃ſtores q̃ priuata ꝓfiteri domini iuſſi:p ea ſũma pe
cuniæ.xxv.millia põdo argẽti p̃ſentia exacta:ĩduciæqꝫ Carthaginẽſibus datæ in tres mẽſes additũ ne p in
duciaꝝ tpſ alio uſqꝫ quã Romã mitterẽt legatos:& qcunqꝫ legati Carthaginẽ ueniſſent:ne ãte dimitterẽt
eos:quã romanũ ĩpatorẽ:qui & q̃ petentes ueniſſent:certiorẽ facerẽt:Cũ legatis Carthaginenſibus Romã
miſſi Lucius Veturius Philo:& Marcus Martius Ralla:& Luciꝰ Scipio ĩperatoris frater. Per eos dies cõ/
meatus ex Sicilia Sardiniaqꝫ tantã uilitatẽ annonæ fecerũt:ut p uectura frumẽtũ nautis mercatores relin
querent. Romæ ad nunciũ primũ rebellionis carthaginenſium trepidatũ fuerat:iuſſus erat Titus Claudiꝰ
mature in Siciliã claſſem ducere:atqꝫ inde Africã traiicere:& alter cõſul Marcꝰ Seruilius ad urbẽ morari:
donec quo ſtatu res in Africa eſſent:ſciret̃. Segniter oĩa in cõparanda deducendaqꝫ claſſe ab Tito Claudio
cõſule facta erãt:quod patres de pace Scipionis potius arbitriũ eẽ:qbus legibus daret̃:q̃ conſulis cẽſuerat.
Prodigia ergo nũciata ſub ipſa fama rebellionis terrorẽ attulerãt. Cumis ſolis orbis minui uiſus & pluit
lapideo ĩbri:& ĩ ueliterno agro terra ĩgẽtibus cauernis cõſedit:arboreſqꝫ ĩ ꝓfundũ hauſtæ:Aritiæ foꝝ:&

Prodigia Verius cõ ſanũ lau rẽtinũqꝫ legeris ſi/ ue lorenti num

circa tabernæ. Fruſinõe murus aliquot locis:& porta de cælo tacta:& ĩ palatio lapidibus pluit:id ꝓdigiũ
more patriæ nouẽdiali ſacro:cætera hoſtiis maioribus expiata:inter q̃:& iã aquaꝝ inſolita magnitudo ĩ
religionẽ uerſa:nã ita abũdauit tyberis: ut ludi Apollinares circo inũdato extra portã collinã ad ædẽ ery/
cinæ Veneris parati ſint:cæterũ ludorũ ipſo die ſerenitate ſubdita orta:põpa duci cœpta ad portã collinã:
reuocata deductaqꝫ in circũ ẽ:cũ deceſſiſſe inde aquã nũciatũ eẽt:læticiãqꝫ populo:& ludis celebritatẽ addi
dit:ſedes ſua ſolẽni ſpectaculo reddita. Claudiũ cõſulẽ ꝓfectum tãdem ab urbe inter portus:cõpſanũ lore/
tanũqꝫ atrox uis tẽpeſtatis adorta in metũ ingentẽ adduxit populonios inde cũ perueniſſet:ſtetiſſetqꝫ:ibi
dum reliquũ tẽpeſtatis exæuiret Iluam inſulã:ex Ilua Corſicã:a Corſica in Sardiniã traiecit:ibi ſupantem
inſanos mõtes multo ſæuior & ĩfeſtioribꝰ locis tẽpeſtas adorta diſiecit claſſem:multæ quaſſatæ:armamẽ
tiſqꝫ ſpoliatæ naues:q̃dã fractæ:ita uexata ac lacerata claſſis Carales tenuit:ubi dum ſubductæ reficiunt̃
naues hyems opp̃ſſit:circũactũqꝫ anni tpſ:& nullo ꝓrogãte imperiũ priuatus Titus Claudiꝰ claſſem Ro
mam reduxit. Marcus Seruilius:comitiorũ cauſa ad urbẽ reuocaret̃:dictatore dicto. Gn. Seruilio Gemi
no in prouinciã eſt ꝓfectus. Dictator magiſtrũ equitũ Eliũ Pætum dixit:ſæpe comitia indicta perfici tẽ/
peſtates ꝓhibuerũt:itaqꝫ cũ præter idus martias ueteres magiſtratus abiſſent:noui ſuffecti nõ eſſent reſpu/
blica ſine curulibus magiſtratibus erat. Lucius Manlius Torquatus Pontifex eo anno mortuus ĩ locum
cuius ſuffectus Lucius Galba ab Lucio Lucino Lucullo:& Quinto Fuluio ædili curuli:ludi Ro/
mani ter toto inſtaurati. Pecuniam ex ærario ſcribæ:uiatoreſqꝫ ædilicii clam egeſſiſſe per ĩdicem damnati
ſunt:non ſine infamia Luculli ædilis. P. Elius tubero:& Lucius Lictorius ædiles plebis uicio creati:

magiſtratu ſe abdicauerũt: qui cũ ludos ludorũꝗ cá epulũ Ioui feciſſent: & ſigna tria ex mulctaticio argẽto facta: in capitolio poſuiſſent: cereales ludos dictator: & magiſter equitum ex ſenatuſconſulto fecerunt.

Nuncius uictorie & ciuitatis lætitia

Legati ex Africa romani ſimul carthaginenſeſꝗ cũ ueniſſent Romá: ſenatus a ædem Bellonæ habitus: ubi cum Lucius Veturius Philo pugnatũ cũ Annibale eẽ ſuprema cũ carthaginenſibus pugna: finẽꝗ tandem lugubri bello impoſitũ ingẽti lætitia patrũ expoſuiſſet: adiecit Vermíná etiá Syphacis filiũ: quæ parua bene geſtæ rei acceſſio erat: deuictũ: in cõcionẽ inde ꝓdire iuſſus gaudiũꝗ id populo ĩpartire. Tum patefacta gratulatione oĩa in urbe tẽpla: ſupplicatiõeſꝗ decretæ in triduũ. Legatis carthaginẽſiũ & Philippi regis: ná ii quoꝗ uenerant: petentibus ut ſenatus ſibi dareť: reſpõſum iuſſu patrũ a dictatore ẽ cõſules nouos iis ſenatũ daturos eſſe. Comitia inde habita: creati cõſules. Gn. Cornelius Lentulus Publius Elius Pætus ꝑtores Marcus Iulius Pœnus: cui ſors urbana euenit: Marcus Valerius Flaccus Brutios: Marcus Fabius Buteo Sardiniam: Publius Elius Tubero Siciliá eſt ſortitus: tum uero de ꝓuinciis cõſulũ nihil ante placebat agi: quá legati regis: & carthaginẽſium auditi eſſent: belli finẽ alterius: principiũ alterius ꝓſpiciebant animis. Gn. Lentulus cõſul cupiditate flagrabat ꝓuinciæ Africæ: ſeu bellum foret: facilẽ uictoriá fore: ſeu iam finireť finiti tanti belli ſe cõſule gloriá petens: negare itaꝗ prius quicquá agi paſſurum: quá ſibi Africa decreta eẽt: cõcedente collega moderato uiro & prudẽti: q gloriæ eius certamẽ cũ Scipione: præterquam: quod iniquũ eſſet: ẽt impar futurũ cernebat. Qu. Minutius Thermus: & M. Attilius Glabrio tri. ple. rẽ priore anno nequicquá tẽptatá ab. T. Claudio cõſule. G. Corneliũ temptare aiebant: ex auctoritate patrũ latũ ad populũ ẽ: cuius uellent ĩperiũ in africa eſſe: oẽs. v. &. xxx. tribus. P. Scipioni id imperiũ decreuiſſe: multis cõtentionibus in ſenatu & ad populũ acta res: poſtremo eo deducta ẽ: ut ſenatui permitterent. Patres igiť iurati (ita cõuenerat) cenſuerũt: uti cõſules ꝓuincias inter ſe cõpararent: ſortirẽturue uter Italiam: uter claſſem nauiũ. l. haberet: cui claſſis obueniſſet: in Siciliá nauigaret: ſi pax cũ carthaginenſibus cõponi neqſſet: in Africá traiiceret: cõſul mari: Scipio eodẽ quo: adhuc iure imperii terra rẽ gereret: ſi cõdiciones cõuenirent pacis: tri. ple. populũ rogarẽt utrũ cõſulẽ: an ꝑtorẽ Scipionẽ iuberẽt: pacẽ dare: quẽ ſi & deportãdus exercitus uictor ex Africa eẽt: deportare: Si pacẽ per publiũ Scipionẽ dari: atꝗ ab eodẽ exercitũ deportari iuſiſſent: ne cõſul ex Sicilia in Africá traiiceret: alter cõſul: cui Italia eueniſſet: duas legiones a Seſtio prætore accipe. Publio Scipioni cũ exercitibus: quos haberet ĩ ꝓuincia Africa ꝓrogatũ ĩperium: prætori Marco Valerio Falconi duæ legiones ĩ Brutiis: qbus Gaius Liuius priore anno ꝓfuerat: decretæ Publiꝰ Eliꝰ ꝑter duas legiões ĩ Sicilia ab Gnæo Tremelio acciperet: legio una Fabio ĩ Sardiniá: q̃ Publiꝰ Lẽtulus Propraetor habuiſſet: decerniť. Marco ſeruilio prioris anni cõſuli cũ ſuis duabus itẽ legiõibus in Ethruria ꝓrogatũ iperiũ ẽ. Quod ad Hiſpanias attineret aliquot iá annos ibi Luciũ Corneliũ Lentulũ. & Luciũ Manliũ Accidinũ eẽ: ut ii cõſules cũ tribunis agerẽt: ſi eis uidereť: ut plebẽ rogarent: cui iuberẽt ĩ Hiſpania ĩperiũ eẽ: is ex duobus exercitibus uná legionẽ cõſcriberet romanos milites: & ĩ qndecim cohortes ſocios latini nominis: qbus ꝓuinciá obtineret. Veteres milites Lucius Cornelius: &. Luciꝰ Manlius ĩ Italiá deportarẽt. Cornelio cõſuli. L. nauiũ claſſis ex duabꝰ claſſibus Gnæi Octauii: q in Africa eẽt Publii Iulii: q Siciliæ orá tuebať: decreta: ut quas naues uellet: deligeret: Publius Scipio qnquagita lõgas naues haberet: quas habuiſſet: qbus ſi. Gn. Octauius: ſicut ꝓfuiſſet: præeſſe uellet. Octauio ꝓprætori in eũ annũ iperiũ eẽt: ſi Lælliũ ꝓficeret. Gn. Octauius Romá decederet: reduceretꝗ naues: qbus cõſuli uſus nõ eẽt. Et M. Fabio in Sardiniá decẽ longæ naues decretæ: & cõſules duas legiões urbanas ſcribere iuſſi: ut quattuordecim legionibus eo anno centũ nauibus longis reſpublica adminiſtrareť. Tnm delegatis Philippi & carthaginenſium actum: priores macedonas introduci placuit: quoꝝ uaria oratio fuit: partim purgantiũ: q̃ queſti erãt miſſi ad regẽ a roma legati de populatiõe ſocioꝝ: partim ultro accuſantiũ qdem & ſocios. Po. Ro. ſed multo ĩfeſtius. M. Aureliũ: quẽ ex tribꝰ ad ſe miſſis legatis delectu habito ſubſtitiſſe: & ſe bello laceſſiſſe cõtra fœdus: & ſepe cũ præfectis ſuis ſignis collatis pugnaſſe poſtulantiũ ut macedones duxꝗ eorum Sopater: qui apud Annibalẽ mercede militaſſent captiꝗ in uinculis eẽnt: ſibi reſtituerenť. Aduerſus ea. M. Furius miſſus ad id ipſum ab Aurelio ex Macedonia diſſeruit. Aureliũ relictum: ne ſocii. Po. Ro. feſſi populationibus atꝗ iniuria ad regẽ deficerent: finibus ſociorũ nõ exceſſiſſe: dediſſe opera ne impune agros eoꝝ tranſcenderẽt populatores. Sopatrũ ex purpuratis & ꝓpinquis regis eẽ: eũ cũ quattuor millibus macedonũ: & pecunia miſſum nuper in Africá eẽ Annibali carthaginenſibuſꝗ auxilio. De iis rebus interrogati macedones cũ perplexe reſponderẽt: ipſi ante reſponſum tulerunt. Bellũ quærere regẽ: & ſi pergat: ꝓpediem: inuẽturũ dupliciter ab eo fœdus uiolatũ: & qđ ſociis Po. Ro. iniurias: fecerit: bello armiſꝗ laceſſiuerit: & quod hoſtes auxiliis & pecunia iuuerit: & Publiũ Scipionẽ recte atꝗ ordine uideri feciſſe & facere: quod eos q arma cõtra Populũ Ro. ferẽtes ſunt capti hoſtiũ numero in uiuculis habeat: & Marcum Aureliũ e republica facere: gratũꝗ id ſenatui eẽ: quod ſocios Po. Ro. quãdo iure fœderis non poſſet: armis tueať. Cum hoc tũ triſti reſpõſo dimiſſis macedonibus: legati carthaginẽſes uocati: quoꝝ ætatibus dignitatibuſꝗ cõſpectis: nam longe primi ciuitatis erant: tum pro ſe qſꝗ dicere uere de pace agi. Inſignis tamẽ inter cæteros Aſdrubal erat. Hedum popnlares cognomine appellabãt: pacis ſemp auctor aduerſeꝗ factioni barchinæ: eo tum illi plus auctoritatis fuit: belli culpá in paucorũ cupiditatem a rep. transferrẽti. Qui cum uaria orone uſus eẽt: nunc purgando crimina: nunc quædam fatẽdo ne ĩpudenter certa negantibus difficilis uenia eẽt: nunc monẽdo etiam patreſconſcriptos ut rebus ſecũdis modeſte ac moderate uterentur: ſi ſe atꝗ Hannonem audiſſent carthaginenſes: & ipſi tempore uti uoluiſſent: daturos fuiſſe pacis cõdiciones: quas tunc peterent: raro ſimul hominibus bonam fortunam: bonáꝗ mentem dari. Po. Ro. eo

Gn. Corneliꝰ P. Elius con.

Prouĩcíarum ordinatio

Macedonum Poſtulata

Aſdrubalis orõ ad patres

inuictum eſſe:quod in ſecũdis rebus ſapere & cõſulere meminerit:& Hercule mirandũ fuiſſe ſi aliter face-
rent ex inſolentia:qbus noua bona fortuna ſit:impotẽtes lætitiæ inſanire. Popu. Ro. uſitata ac iá ꝓpe ob
ſoleta ex uictoria gaudia eẽ:ac plus pœne parcẽdo uictis:quá uincendo ĩperiũ auxiſſe. Cæterorũ miſerabi
lior oratio fuit cõmemorantiũ ex quãtis opibus:quo recediſſent carthaginẽſium res:nihil eis:qui modo
prope urbem terrarũ obtinuiſſent, armis ſupereſſe præter Carthaginis mœnia:iis incluſos non terra: non
mari quicquá ſui iuris cernere:urbẽ quoqꝫ ipſam:ac penates ita habituros ſi nõ in ea quoqꝫ mœnia: quo
nihil ulterius ſit:ſæuire. Po. Ro. uelit. Cum flecti miſericordia patres appareret: ſenatoꝝ unum infeſtum
perfidiæ carthaginenſium ſucclamaſſe ferunt:p quos deos fœdus acturi eẽnt:cũ eos:per quos ante ictum
eſſet:fefelliſſent. Per eoſdẽ inquit Aſdrubal:qui tá infeſti ſint fœdera uiolãtibus. Inclinatis oĩum ad pacem
animis. Gn. Lentulus cõſul:cui claſſis ꝓuincia erat. S. C. interceſſit. Tum. M. Attilius:& Quintus Minu
tius tri. ple. ad populum tulerunt:uellent iuberent ne ſenatũ decernere: ut cũ carthaginẽſibus pax fieret:&
quem eá pacem dare:queqꝫ ex Africa exercitus deportare iuberẽt:de pace uti rogaſſent oẽs tribus iuſſerũt
pacẽ dare. P. Scipionẽ eundẽ exercitũ deportare. Ex hac rogatiõe ſenatus decreuit:ut. P. Scipio ex. x. lega-
torũ ſnĩa pacẽ cum populo carthaginẽſi:qbus legibus ei uideretur:faceret. Gratias deinde Carthaginenſes
egere patrib⁹:petieruntqꝫ:ut ſibi in urbẽ introire:& colloqui cũ ciuibus ſuis liceret:q capti ĩ publica cuſto
dia eſſent:eẽ in iis partim ꝓpinquos amicoſqꝫ ſuos nobiles hoĩes:partim ad quos mandata a ꝓpinquis
haberent:qbus conuẽtis cũ rurſus peterẽt:ut ſibi:quos uellent: redimendi ex iis poteſtas fieret:iuſſi noĩa
ædere:& cũ ducentos ferme ædere:ſenatuſconſultũ factum eſt:ut legati Romani ducentos ex captiuis:

Attur. romanorũ liberalitatem ĩ carthã.

quos Carthaginenſes uellent: ad Publiũ Corneliũ Scipionẽ in Africam deportarent:nunciarẽtqꝫ ei:ut ſi
pax cõueniſſet:ſine præcio eos carthaginenſibus redderet. Fœciales cum in Africam ad fœdus faciendum
ire iuberent:ipſis poſtulantibus ſenatuſconſultũ ĩ hæc uerba factum ẽ:ut priuos lapides ſilices: priuaſqꝫ
uerbenas ſecũ ferrent:uti prætor Romanus iis imperaret:ut fœdus ferirẽt:ſibi illi prætorem ſagmina po-
ſcerent:herbæ id genus ex arce ſumptũ dari fœcialibus ſolet. Ita dimiſſi ab Romanis Carthaginenſes cum

Sagmĩa

in Africam ueniſſent ad Scipionẽ:quibus ante dictum ẽ legibus:pacẽ fecerunt:naues longas: elephantos:

Quingẽtæ Carthaginẽſium naues incenſæ

perfugas:fugitiuos:captiuorũ quattuor millia tradiderũt:inter quos. Qu. Terentius Culleo ſenator fuit.
Naues ꝓuectas in altũ incendi iuſſit:quingẽtas fuiſſe oĩs generis:quæ remis agerent:quidá tradũt:quarũ
conſpectu repente incendiũ tam lugubre fuiſſe pœnis:quá ſi tum ipſa Carthago arderet. De perfugis con
ſultũ nominis latini qui erãt:ſecuri percuſſi:Romani in crucẽ ſublati. Annis ante. xl. pax cũ Carthaginen
ſibus poſtremo facta erat. Qu. Luctatio. M. Manlio cõſulibus:bellũ initum annis poſt tribus &. xx. P.
Cornelio. T. Sempronio cõſulibus finitũ eſt ſeptĩodecimo anno. Gn. Cornelio. P. Pæto cõſulibus. Sæpe
poſtea fuerũt Scipiõem dixiſſe. T. Claudii primũ cupiditatem:deinde. Gn. Cornelii fuiſſe in mora: quo
minus id bellum exitio Carthaginis finiretur. Carthaginenſibus cũ prima collatio pecuniæ diutino bel
lo exhauſtis difficilis uideretur:mœſticiaqꝫ & fletus in curia eſſet:ridentẽ Annibalem ferunt conſpectum:

Exitus ſecũdi belli punici

cuius cũ Aſdrubal Hædus riſum increparet in publico fletu:cum ipſe lachrymarũ cauſa eẽt. Si quẽadmo-
dum oris habitus cernitur oculis:inquit:ſic & animus intus cerni potuiſſet:facile uobis appareret nõ læ-
ti:ſed prope amẽtis malis cordis hunc:quem increpatis:riſum eẽ:qui tamẽ nequaquá adeo eſt intempe-
ſtiuus quá ueſtræ iſtæ abſurdæ atqꝫ abhorrẽtes lachrymæ ſunt:tunc fleſſe decuit:cũ ademptа nobis arma:
incenſæ naues:interdictũ externis bellis:illo enim uulnere cõcidimus:nec eẽ in uos odio ueſtro cõſultum
ab romanis credatis: nulla magna ciuitas quieſcere poteſt:ſi foris hoſtem nõ habet:domi inuenit:ut præ-
ualida corpora ab externis cauſis tuta uidẽtur:ſed ſuis ipſa uiribus onerantur:tantum nimirũ ex publicis
malis ſentimus:quãtum ad priuatas res pertinet:nec in eis quicquá acrius:quá pecuniæ damnũ ſtimulat.
Itaqꝫ cum ſpolia uictoriæ Carthagini detrahantur: cũ inermẽ iam ac nudam deſtitui ĩter tot armatas gen
tes Africæ cerneretis:nemo ingemuit:nũc quia tributũ ex priuato cõferendũ eſt: tanquá in publico funere
comploratis: quam uereor:ne propediẽ ſentiatis leuiſſimo in malo uos hodie lachrimaſſe: hæc Annibal
apud Carthaginenſes. Scipio concione aduocata Maſiniſſam ad regnum paternum Cirtha oppido & cæ

Scipiõis triũphus

teris urbibus agriſqꝫ: quæ ex regno Syphacis in Popu. Roma. poteſtatẽ ueniſſent:adiectis donauit. Gn.
Octauium claſſem in Sicilia ductam. Gn. Cornelio conſuli tradere iuſſit:legatos Carthaginẽſium romá
proficiſci:ut quæ a ſe ex. x. legatorũ ſnĩa facta eſſent:ea patrũ auctoritate populiqꝫ iuſſu confirmarentur.

Pace terra mariqꝫ parta exercitu in naues impoſito ĩ Siciliam Lilybeum traiecit:inde magna parte mi-
litum in nauibus miſſa:ipſe per lætam pace non minus quam uictoria Italiam effuſis non urbibus mo-
do ad habendos honores:ſed agreſtium etiam turba obſidente uias Romam peruenit:Clariſſimoqꝫ om-
nium triũpho urbem eſt inuectus:argenti tulit in ærariũ pondo centum millia. xxiii. militibus ex præda
quadragenos æris diuiſit. Morte ſubtractus ſpectaculo magis hominum quam triumphãtis gloriæ Sy-

Primus Scipio ex uicta prouincia agnomen ẽ adeptus

phax eſt: Tybure haud ita multo ante mortuus quo ab Alba traductus fuerat cõſpecta mors tamen eius
fuit:quia publico funere eſt elatus. Hunc regem in triumpho ductum Polybius haud quaquam ſpernen-
dus auctor tradit:ſecutus Scipionem triumphantem eſt:pileo capit impoſito:Quintus Terẽtius Culleo
omniqꝫ deinde uita:ut dignum erat:libertatis auctorem coluit Africanum. Cognomen militaris prius
fauor:an popularis aura celebrauerit:an ſicut felicis Syllæ magniqꝫ Pompeii patrum memoria cœptum
ab aſſentatiõe familiari ſit:paꝝ cõpertũ habeo. Primus certe hic ĩperator noĩe uictæ a ſe gẽtis ẽ nobilitat⁹.
Extẽplo deinde huius nequaq̃ uictoria pares inſegnes imaginũ titulos claraqꝫ cognomĩa familiæ fecere.

FINIS TERTIAE DECADIS.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf